ꝓpter seipm vt scz pecatū in eo
preteritum purgetur Job. Ecce
sanus factus es nc Item vt ꝓp
pecatū ꝑpetuo cruetur tam hic
qm in futuro. exemplum habes
in herode. Item vt culpa decline
tur. vt in paulo Corinthio. Ne
magnitudo reuelacōnum nc Itē
vt glōria in futuro detur. Actu.
Oportet em nos p multas tribu
lacōnes nc. In primis duabus
causis exercet deus iusticiam. in
duabus sequentibus misericor
diam. Quinto punitur quis ꝓp
deum. scz vt glorificetur Johēs
Neq; hic peccauit nc Sexto ꝓ
ter proximū vt scilicet edificet.
Sic puit? fuit Job. vt alijs da
retur exemplū pacientie. sic pu
niuntur? et innocētes pueri ne vi
deatur incōueniens pecatoribꝰ
si quandoq; tribulantur. Justo
dei iudicio puniuntur qui vel con
cessis abutunt vt adam. vel nō
concessa rapere conant vt lucifer.

¶ De mia dei. Capt. xxxiij.

Misericordia scdm ethicōs
dis Primo dicitur mise
ricordia quasi miseriaz cordis di
uidens. sic acapitur in illa auto
ritate. Celi non indigent miseri
cordia. quia in eis nulla est mise
ria Secunduz hunc modum mi
sericordia solummodo est in terra

¶ Secundo modo dicitur miseri
cordia quasi mittēs seorsum cor
dis rigorem. sic acapitur ibi.
Misericordia et veritas obuiaue
runt sibi Nam veritas secunduz
rigorem procedit. sed misericor
dia hunc rigorē temperat. remu
nerans supra meritū et puniens
ultra condignū Hic est misericor
dia in celo et in inferno ¶ Tercio
modo dicitur misericordia quasi
mira suauitas rigans corda. sic
misericordia maxime est in celo.

¶ Licet deus sit iustus. sicut et
misericors. tamen dicitur ꝓpriū
esse eius misereri pcius q̄z iustū
esse. quia nihil requiritur ad cō
plendum opus misericordie nisi
voluntas eius. sed ad cōplendū
opus iustitie requiritur ultraz ali
quid ex parte hominis. scz exi
gentia meritorum. ¶ Misericor
dia dei patet in effectibus bene
ficiorum. dat em reis veniam di
mittendo tam pecati reatum q̄z
pecati sequelas. De quib? duo
bus. ps. Qui ꝓpiciat? omnib?
iniq̄tatibus tuis. quo ad primū
q̄ sanat oēs infirmitates tuas.
quo ad scdm Itez largit? iustis
gracia. dando scz vtutis habitū
et vtutis motū. vt pmū faciat ho
minē deo gratū et vita eterna di
gnū. ac p scdm vt augeat? eius
meritū De his duob? ps. Qui
coronat te in misericordia. quo
ad pmū. et inseracōnib? quo ad
scdm. et loquit? de corona gracie
Itē cōfert scis glaz et hoc dupli
cit? nūc in spe tandē in re De his
ps. q̄ replet i bonis desideriū tuū
quo ad pmū. Renouabit? vt aq̄
le iuuentus tua. quo ad scdm

Item deus ex misericordia peccatores patienter exspectat · benigne reuocat · vlasci dissimulat · a multis periculis liberat · gratiam liberaliter donat · datam multiplicat et conseruat · conseruatam in celo premiat · Item ex misericordia deus peccatorem ad se redeuntem hilariter suscipit · ad penitentiam cor emollit · offensas ato remittit · iniurie post remissionem non meminit · Item ex misericordia dat deus aduersa vt peccatum purget · dat prospera vt ad amorem prouocet · dat sacramenta vt meritum cumulet · dat precepta vt premio ditet · Item ex misericordia errantes ad se reducit · euntes ad se coducit · cadentes erigit stantes tenere non desinit · puementes ad gloriam introducat ·

Finit liber primus ·

Incipit liber secundus de creatione rerum · Capitulum primum ·

Summe bonitatis triplex est effluxio · scilicet per generationem · per spirationem per creationem · Due prime emanationes sunt ab eterno · tercia est ex tempore · de qua nunc est agendum Inter creare et generare et facere differentia est quia res exit in esse de nihilo per creationem · Sed res exit in esse aliquo faciente aliud de substantia propria per generationem · Facere autem est operari de materia aliena · Deus est rerum triplex causa · scilicet efficiens et exemplaris ac finalis sed nullo modo materialis · Inter opera dei et creature differentia est · quia deus operatur in instanti · angelus autem repente · sed natura paulatim · Preterea rerum principia sunt a deo immediate · effectus vero consequentes sunt ab ipso mediante natura et eadem immediate Nihil autem est a deo mediate tantum · Circa mundi creationem quatuor erant errores · quidam enim dicebant mundum eternum · Alij dicebant mundum quidem factum · sed habuisse materiale principium et non esse de nihilo Alij autem dicebant deum superiores creaturas per se produxisse sed inferiores per ministerium angelorum · Alij ponebant duo principia sicut manichei · vnum scilicet summe bonum et aliud summe malum · dicentes incorruptibilia esse a bono principio sed corruptibilia a principio malo Nos errores omnes excludit moyses · Primum cum dicit In principio · secundum ibi · creauit · tercium quando dicit deus · quartum cum sequit celum et terram Tenendum est eadem q̄ dis oia sit

creauit · nec aliquaz nouã ſpeciẽ
poſtmodũ condidit quaz prius
non fecerit · vel in ſimili ſicut ani
mas hominum · vel in raciõne ſemi
nali ſicut patet in his que naturã
liter introducũtur in eſſe · et hoc
eſt q̃ dicatur deus die ſeptimo
quieuiſſe non quidez a labore vel
ab ópere · ſed ſicut dictum eſt a
no uarum ſpeciẽrum conditione ·
¶ De operib? vero ſex dierum
dicunt quidaz non in illis debere
intelligi ordinẽ temporis ſed na
ture · q̃ dicunt omnia ſimul tem
pore fuiſſe creata facta et diſpo
ſita et ſuis ſpeciebus diſtincta
Alij dicunt omnia ſimul creata
in materia · ſed non in tali forma
ſicut in diebus ſequentibus rece
peruñt · et hec opinio magis rãz
explicat ſed p̃ma magis ſequit̃
raciõnem · Deus enim dupliciter
operatur · aliqua namq; facit me
diante natura et hec fiunt ſucceſſi
ue · Aliqua facit p ſe immediate
vt creare · peccata dimittere · gra
ciaz infundere et huiuſmodi et ta
lia fiunt in inſtanti · et p̃fecte et
cõplete Cum ergo deus primor
diales res non produxerit medi
ante natura ſed immediate p ſe ·
videtur q̃ in inſtanti fecerit eas
et p̃fectas ac completas tam in
materiaq̃z in forma · Coequeue
ſunt quatuor hec primitiue rerum
creature · celũ empirreum · angeli
materia mundi · et tempus ·
¶ De diſtinctione creaturarum
in genere · Capliñ ij ·

¶ Creatum triplex eſt ſcz
corporalis tantũ vt ele
menta · ſpiritualis tñ
vt angelus · cõpoſita ex his vt
homo ¶ Corpalis quoq; diſtin
guitur in corpora lucida vt ſunt
ſidera et opaca vt eſt terra et me
talla et huiuſmodi · atq; perſpi
cua ſiue diaphana vt aer et aq̃ ·
Creature quedaz habent eſſe tñ
vt lapides · quedaz viuere vt ar
bores · quedam ſentire vt anima
lia · quedaz intelligere vt angeli
¶ Diſtinguitur triplex mũdus
ſcilicet archetipus id eſt deus ·
et dicatur archetipus ab archos
qd̃ eſt princeps et tipus qd̃ eſt
figura quaſi principalis figura ·
quia ipſe eſt exemplar mundi
ſenſibilis · ¶ Item eſt mundus
qui dicatur macrocoſmus · id eſt
maior mundus vt eſt hic mun
dus viſibilis ¶ Teraus eſt mũ
dus qui dicatur microcoſmus ·
id eſt minor mũdus vt eſt homo
¶ De his tribus ait Johannes
In mundo erat · ecce primum · et
mundus per ipſum factus eſt ·
ecce ſcdm · et mundus eum non
cognouit · ecce teraum ¶ Diffe
rencia eſt inter elementum et ele
mentatum et quintam eſſenciam
¶ Elemẽtum eſt principium cõ
ponibilium et non compoſitum ·
Vnde nec terra nec aqua nec aer
nec ignis purum eſt elementum
apud nos · nec ſimplex · quia
iſta inter ſe cõmiſcentur · et max
ime in ea parte vbi ſe cõtingunt

¶ Elementatū est qđlibet corp⁹ compositum ex quatuor elementis Quinta essentia est corpus per se differens ab omnibus elementis et elementatis tam i materia q̄m in forma · tam in natuā q̄z eāam in virtute · non habens in se cōtrarietatem · vnde nec causā corruptionis ¶ Opera sex dierum ꝓut moyses distinxit moraliter sic habentur · significat em̄ rerum de nihilo creatio impij iustificacōnem · firmamenti operatio bom̄ ꝓpositi confirmationem · Aquarū cōgregatio cordis adunacōnem Siderum perfectio exemplum bone operacōis Piscū et auium formatio statum actionis et cōtemplationis Hominis plasmatio rectitudinem intentionis · Post ista sequitur septime diei reqes et eternitatis Est locus summus id est cælum vbi sola est letiáa · Et est infimus scz infernus · vbi sola tristiáa Et ē medius Hic est mūdus in quo sunt summa speranda et infima timenda Diabolus igitur a summo corruit · et in imo detrusus ē · quia reparandus non eāt · homo vero a summo non cāádit in medio collocatus est · vbi esset ei locus quo ascenderet p iustiáam vel quo descenderet per culpam · ¶ Item Hugo de sancto victore diát ꝙ aliquis est locus in quo solum et summum bonum est scz cælum · Aliquis in quo solum et summe malum est scilicet infernus Aliquis in quo solum bonū est sed nō summum vt purgatorius Aliquis in quo bonū et malum est · neutrum summum vt mundus ·

¶ Distinctio orbium tam celestium q̄m elementorum · ca · iij ·

Orpalis mundi machina tota consistit in duobus scilicet in natura celesti et in natura elementari Celestis autez distinguitur in tres celos primapales · scilicet empirreum cristallinum et firmamentum · Intra firmamentum vero quod est cælum stellatum continentur septez orbes planetarum qui sunt saturnus · iupiter · mars sol · venus · mercurius · luna · Est et spera decima inter cælum empirreum et cælū cristallinum · et hoc est primū mobile Nomine autem cæli cristallini siue aquei intelligitur illa pars materie prime q̄ secundum phōs formata est in duos orbes quorum superior est primū mobile ¶ Istorū orbium natura est ꝙ omnes moueut̄ excepto cælo empirreo qđ quietū est Natura vero elemētaris in quatuor speras prīápales distinguūtur · scilicet ignis · aeris · terre et aq̄ Spera ignis tria habet interstiáa · videlicet supremū quod vocat̄ igneū · et medium ac infimū quod vocat̄ olimpum ¶ Aer silī hz tria interstiáa scz supremū quod vocat̄ ethereū et medium ac infimum qđ diát̄

aereum · et in supremo est calor lux ppter solis ppinquitatem Similiter est i imo · sed ppt radiorum repcussionem a terra · In medio aut interstitio ad qd non potest ptingere repcussio radiorū est frigiditas et obscuritas In quo dicunt habitare demones · qui detrusi sunt in hunc aerem caliginosum Ibi eciā sunt tempestates · sciz tonitrua · grando · niues et similia ¶ Ex his colligē · xvij · orbes terram et aquā ambientes qui omēs possunt celi vocari Istos autē excellit celum trinitatis ipse deus qui est in oibus et sup omnia ¶ Distancia dictorū orbium et planetarum hec est · a luna vsq ad solem sūt miliaria · xv · M · dc xxix · Et a luna vsq ad mercuriū sūt milia ria · vij · M · dccc · xij · et semisse · A mercurio vsq ad venerem tm̄ A venere vsq ad solē · xxv · M · cccc · xxxvi · A sole vsq ad martem · xv · M · dc · xxv · A marte vsq ad iouē vi · M · dccc · xij · A ioue ad saturnum tm̄ A saturno vsq ad firmamētū xxiij · M · cccc xxxvi · Ex istis sequit q a terra vsq ad celum stellatum sunt miliaria · cix · M · ccc · lxxv ·

¶ De natura celorum et superiorum · Capt · iij ·

CElum est corpus pmuz natura simpliássimum · essencia subtilissimuz · incorruptibilitate solidissimū · qualitate luádum · quantitate maximum diaphaneitate pspicuum materia purissimuz · figura sperici cum · locali situ suprem̄ū · amplitudine creaturarū in se aliarū continentiuū Iste pprietates tam celo cōuenīūt empirreo q̄m primo mobili Hz pter hec celum empirreū motus est extraneū · q beatorū spirituū est habitaculum et spe. aliter sedes dei nūcupat Similiter primo mobili spealiter conuenit q̄ est mobile velocissimuz ac i inferiora virtutis influxiuū Eodem modo dicendū est de firmamento q plurime cōuenīunt ei de ppetatibus supradictis · et insup est aquarum diuisiuum ac stellis decoratum Corpora celestia diuidunt in lucentia et nō lucentia ac diaphana · Nam corpus lucens est sol qui solus inter sidera lucet Sed non lucentia sūt stelle cetere et planete que lumen suum a sole mutuant · Corpora vero diaphana sunt omnes spere celestes Itez spere celestes cū mouentur nō mutant locum sed mouentur in loās suis ¶ Superiora influunt in inferiora virtutem motiuam · vegetatiuam · sensitiuam ac omniū generabilium pductiuam · Item licet careant qualitatibus elementarib? · nō em̄ sunt calida vel frigida · sicca · vel humida · tamen ista causant in inferiorib? Verumtamen nō influunt super liberum arbitrium nec habent virtutem immutandi hominis vlūtatem · licet bene in

mutent ac disponant complexi
onem hominis que voluntatē nō
habet quidem cogere. sed secun
dum magis vel minus in diuersis
hominibus inclinare. ¶ Operan
tur quoq; corpora superiora di
stinctiuā significationem dieruz
secundū lumē solis ⁊ distinctio
nem mensium scdm motuz lune
ac distinctionem ānorum secū
dū motū solis in obliquo árculo
atq; distinctionē temporū secū
dū variū cursū planetarū distā
tiā ⁊ cōcursū ascensū ac descēsū.
retrogradationē ⁊ statū.

¶ De natura stellarū in cōmu
ni. Capitulū. v.

Stelle supreme in firma
mento figuntur ⁊ cum il
lo semp mouent. Mate
ria sūt purissime. figura sperice.
quantitate magne. apparentia p
ue. qualitate lucide. radiorū dif
fusiue. rerum inferiorum genera
tiue. a sole illuminationis recepti
ue. tenebrarum expulsiue. quan
to nox obscurior tanto plus sui
manifestatiue. in presentia solis
sui luminis claritatem occultati
ue. tempestatis ⁊ serenitatis con
citatiue. viarū nauigantiū direc
tiue. quanto cōiunctiores. tāto
in omni lucidiores. sed singule
minus apparēte. vt patet in ga
laxia. qualitate ⁊ quantitate dif
ferūt ac virtute. ¶ Galaxia est
multitudo paruarum stellarum
q̄si cōtiguarū illi loco orbis vbi
diffundit lumē solis ¶ Eclips
fit cū se soli luna subnectit. vbi
tenebras orbis efficiat. Nota q;
omnes stelle eclipsantur. ⁊ hoc
a terra vel a planetis ¶ Planete
q̄nq; dicuntur retrogradi. quan
doq; p̄gressui. q̄nq; stationarij
put in epiclis suis diuersimode
mouent. Planete sunt spera in
ter celum ⁊ terram errantia firma
mento contrariū cursū agentia.
Cursu quem habent ab influxu
primi mobilis mouent directe.
sed cursu p̄prie mouent oblique
Non scintillāt singuli suos colo
res habent. ⁊ cuz arculos aliorū
ingrediunt etiam illorū ptcipāt
qualitatē. cū sole micantes occul
tantur. quāto terre p̄pinquiores
tanto árculos habent minores.
quāto sunt altiores. tāto cursus
eorū naturalis videtur esse tardi
or. Corpora eoz non sunt plpi
cua sed opaca. alioquin ñ eclip
sarēt se.

¶ De Luce Cap. vi.

Lux est vt ait philoso
phus actus lucidi secun
dū q̄ lucidum. Vñ scie
dū q̄ lux est qualitas actia cor
poris luminosi sicut calor ignis.
Lux quoq; dat celoribo esse intē
tionale sicut intellectus agens
fantasmatibus esse intellectuale
Ipsa est mediū referens omnia
que a celo in nos descendūt. Ip
sa immutat corpus non lucens a
lucido. Ipsa est vt ait secundus
philosophus celi purpura. male
factorū inimica. nauigantiuz di

d. i.

rectio · oculus noctis · facies omnium rerum · Lux vt ait augustinus rectū habet incessum · ⁊ nullo modo incedit per curuum · hec omnibus rebus formam ⁊ decorē tribuit · ⁊ asq; illa cuncta sunt ignota ⁊ abscōdita · Motus eius est hibit? · quia sine mora replet omnia · hec in superficie vmbrosi corporis non se profundat sed i corpore diaphano · Vnde secūdum corporis grossiciem vel subtilitatem magis ⁊ minus participatur · Lux etiaz sine sui diminutiōe vbiq; se diffundit · Plures proprietates lucis habes supra de sole que illi conueniunt in quantū lucet · Sciendum q̄ lux vocatur in corpore luminoso · sed lumen q̄ put ē in lucido transparenti · splēdor autem in densō terso · ⁊ color prout est in corpore opaco communicatum alijs ab ipso ·

¶ De planetis in specie · Capitulum septimum ·

SAturnus nobis est remotissimus · frigidus est ⁊ siccus · hoc intelligas in effectu sicut et in alijs planetis · Ex visu eius calor solis remittitur · Ex coniunctione eius cū ioue clarus effigiatur cum naturaliter sit pallidus Nocuus est et ipso dominante fetus nascitur mortificatus aut debilis · pl? nocet retrocedendo q̄m procedendo · Morat? in quolibet signo · xxx · mensibo ex quo sequitur q̄ cursum suum complet · xxx · annis · ¶ Jupiter est clarus quasi ad instar lactis candidus · In qualitatib? est bene temperat? · quia calid? et humidus · In superiori parte sue absidis temperat malicias saturni · cum ascendit in circulum saturni contrahit pallorem · licet sit clarus · In quolibet signo moratur per annū · ⁊ ita cōplet cursū in duodecim annis ¶ Mars calidus est ⁊ siccus · ideo nocau? Ex proprietatib? suis homines irritat ad bellum · ex interpositione veneris ⁊ iouis? ei? nocuitas reprimitur · Igneus apparet ⁊ radiosus · In quolibet signo moratur quadragita diebus · ¶ Sol diatur octies maior terra · Sed secundū ptholomeum est centū sexaginta viabus maior terra · Calid? est ⁊ luminosus · Eclipsim patitur · communis est omnibus Nube celatur · solus per se lucet quod nulli syderi competit · Vnde et nomen accepit · stellas illuminat · ⁊ tamen eas per presentiam suam apparentia lumis priuat · medius est planetarum odiosus egris oculis · sed amabilis est puris · tempora distinguit · locas immundis non inquinatur · testas consolidat · gelida [illegible]soluit · flores aperit · fructus ma[illegible]urat · corpa diaphana penetrat · non requiescit · visum retundit · vapores eleuat · hemisperia vicissim perlustrat · Appropinqns

nobis estatez facit · precedens vero hiemem efficit. oculus est mūdi. in quolibet signo morat trigita diebus ⁊ noctibus · ⁊ ex diebo noctib? ⁊ horis ānū pficit motu ꝓprio · sed die pficit motu primi mobilis ¶ Venus est lucifer calidus ⁊ humidus · maliciaz martis temperat. semper comitat solē sed qñ p̄cedit dicitur lucifer · qñ sequitur dicitur vesper · colorem habet candentē ⁊ refulgentē · ⁊ electro similem · Inter sydera pl? splendet ⁊ complet cursum suū · cccxlviij · diebus · ¶ Mercuri? semper cum sole gradit · nunqm ab eo amplius · xxx · gradibus distan? · colorē habet radiātem · raro ꝓpter viciinitatem solis cernitur · eloquētia sub ipso est · aqs dicitur dominari ⁊ preesse seminibus · cursū complet. cccxxxviij dieb? · ¶ Luna nocte illumiat · lumen mutuat a sole · augmētuz patitur ⁊ decrementum · Insim? est inter planeta? · Eclipsim patitur ⁊ efficit · Maculas habet ꝓpter coniunctionem eius cum inferioribus ¶ Item corniculata imedum apparet ex eo q ps eius illuminata a nobis absconditur · Item regina celi appellat · quia sol tanqm medius planetaruz ptiapat ꝓprietates omnium ⁊ ea? ad lunam cū lumine suo transmittit · Ipsa vero luna quecūq a sole sic recipit influit Vnde quia p eā tali modo virtutes planetarū recipimus merito regina celi vocatur · Dis visis patet q qñ luna p̄mo mœnditur optimuz est semina iacere · quia tunc virtutes planetarum qua? inferioribus? influit incipit colligere · frigida est ⁊ humida · Sole precedens minuitur · sed eundem sequens crescit ⁊ ab eo elongatur · accessuz ⁊ recessus maris per eam causatur · Signa zodiaci quolibet mense percurrit ·

¶ De natura quatuor elementorum · Capitulum octauū ·

IGnis consumit ⁊ mānerat · ⁊ in similitudinem suam sibi appropinquātia conuertit · Motum facit de cētro ad circumferentiā · Ardet ⁊ lucet in materia aliena ⁊ nō in sua spera · Inferiora reducit ad superiora · quia resoluit terrea in aquosa aquosa in aerea · ⁊c · Mollificat dura ⁊ indurat mollia · subtiliat vt patet in resolutione glacei · ⁊ condensat scilicet lutuz · depurat vt in auro · ⁊ corrumpit sicut ea que consumit · frigefacit per acētens vt patet i aceto · ⁊ est penetratiuus · communicatiuus · actiuus · diuisiu? · Item ignis i spera sua non lucet · quia compact? non est · Nullum em corpus diaphanū lucet · sed poti? est illuminabile · Si autem in spera sua cōpactus essz eclipsaret omes stelle? que supra ipsum sunt · Ignis vero hic lucet apud nos ꝓpt materiam coadunatam in qua est ·

⁊ hec pãtet q; vna candela oppo
sita alteri faĉt vmbram. ¶ Aer
subtilis mobilis ⁊ perspicuus p
inspirationem ⁊ respirationem ca
loris cordis temperatiuus. decora
tur volatilibus. locus impressio
num. mansio spirituum. est ⁊ al
terabilis leuis ⁊ subtilis atq; rar?
Non lucet sicut nec aliquod cor
pus diaphanũ. sed est illumina
bilis. ¶ Aqua super celos eleua
tur. piscib? decoratur. tempesta
tibus subiĳcitur. omnes fontes ⁊
flumina ad mare continuantur.
ad locum vnde veniunt reuertũ
tur. aeri prebet aqua in formati
one volatilium ornamentum. et
vegetabilibus nutrimentũ. opti
me est terminabilis termino alie
no ꝯ mime termino ꝓprio. Aq̃ cor
pus diaphanũ omnibus est com
mune. In cristallum cõgelat
Irim i nubibus causat sordes pur
gat. ortos irrigat. febricitantes
sua frigiditate ⁊ humiditate de
lectat. naues vehit. lumẽ reapit
ad suum principiũ recurrit. loca
vacua subit. lapides cauat. ignẽ
extinguit. olim mundus purga
uit. in mari rubro populo dei ces
sit. de latere christi fluxit. hanc
christus in vinũ mutauit. ac de
ipsa baptismi materiã ordinauit
¶ Terra inter elemẽta est ĩfima
magna magis q; despecta. pon
derosa. rotunda. elementis ali
is circumdata. mater fructuũ.
radix plantarum. nutrix anima
lium. edificiorum fundamentus
defunctorũ receptaculus. machi
ne mundialis centrũ. concludit i
se infernũ frigida. sicca. opaca.
corporis humani materia. seruat
metalla. cẽtro tenetur. ex vapo
ribus inclusis concutitur. herbis
⁊ floribus ⁊ arboribus decorat.
arca eam motu circulari celus cũ
syderibus voluitur. hominibus
⁊ iumentis calcatur. Dorum que
dam terre competunt secundum
esse suum. quedã secundũ situ.
quedam secundum contentum.
quedam secundum ornatum. q̃
dam secundum vtilitatem.

¶ De impressionib? aeris. ix.

Cometes licet appareat
stella non est aliud q̃m
vapor inflãmatus ex vicinitate
ignis. hec comas luminis fundit
⁊ dicitur significare mutationes
regni. aut bella. vel pestilentias
¶ Corona est albus circulus q̃
quãdoq; apparet circa solem vel
lunam. aut stellas alias. ⁊ cau
satur ex reliquijs nubium per pla
netarum radios attractis ⁊ illu
minatis. Talis em̃ circul? signũ
est serenitatis. ¶ Asub duplex
est. scz ascendens ⁊ descendens
Ascendens fit ex partibus vapo
ris inflammatis i supremo aeris
⁊ videtur ascendere sicut si euola
rent scintille de fornace. Asub
vero descendens est ignis reten
tus in nube. qui tamen expellit
obuiãte nube frigida et cadit cõ

tinue. ꝓpter quod videtur quasi stella cadens longa que relinq̃t vestigia casus post se. Lumẽ qđ videtur nocte discurrẽtibus se p̃ cedere est vapor compactus de scẽdẽs. cui cũ nihil obuiet accẽditur confricatione suiipsius ⁊ aliq̃mdiu stat in aere ¶ Draco dicitur vapor fortis cõglobatꝰ cui frigida nubes est ad latus vnuz ⁊ calida ad latus aliud. ⁊ tunc ꝓpter conuenientiam ad calidum attrahitur ad illud. ⁊ ita incẽditur pars anterior. ⁊ hec videtur quasi spiramen draconis. media vero pars incuruatur vt serpẽs. ⁊ volat semp ad illud latus vbi calidum árcũstat ipsum. ¶ Nubes fiunt qñ virtute solis extrahũtur vapores de aquis ⁊ paludibo ac locis humidis ⁊ feruntur sursum. ¶ Nebula est id quod ex nubibus aquám pluentibo relinquitur. ⁊ ideo nebula secũdũ aristotelẽ est signuz serenitatis ¶ Caligo est vapor tenebrosꝰ. quam vulgus appellat nebulã. Iste vapor nõ eleuatur sed prius q̃m conuertatur in nubes. vel in plumã deprimit ⁊ remanet iuxta terram. ¶ Ros est id quod descendit ex vapore paruo. ⁊ i descensione sua tardat ⁊ redigitur in paruas minutias. ¶ Pluuia est aqua descendẽs ex nubibus resolutis velocitatez habens sue descensionis ⁊ hoc guttatim ¶ Pruina est ex vapore rorido qui condensat anteq̃m ex ipso resoluatur aqua. ¶ Nix generat in nube calida. cuius congelatio simul fit cũ conuersione in aq̃m. ⁊ ideo partes eius non inspissantur ¶ Grando generatur ex nube calidissima virtute solis multuz eleuata. que postq̃m in aquã resoluitur. tunc deinde in medio interstitio aeris congelatur To nitruũ est sonꝰ vaporis sicci egredientis de nube humida. Porꝛ fragor diuturnus qui post ictuz sequitur vel p̃cedit fit ex ignis extinctione in ventre nubis ¶ Coruscatio est illuminatio vaporis sicci incensi in vapore humido ¶ Fulgur generatur ex vapore grosso eleuato ⁊ calore siccato. quod cum ignee sit nature vi vẽtorum contra naturam descendit ⁊ vrit ⁊ nihil resistit. Estate precipue ⁊ in montibus frequent ꝓcutit ¶ Fulmen est vapor terrestris inflammatus. qui cum tãgit nubem que iam est in conuersione ad aquam conglutinatur. sicq; decoquitur fortissimo calido ⁊ induratur in lapidem qui vocatur telum tonitrui. ⁊ scindit q̃c quid inuenit. ¶ Iris ẽ lumen solis receptum in nube concaua ⁊ aquosa. ac soli ex aduerso oppositꝰ ¶ Glacies ẽ aqua congelata ¶ Ventus ẽ vapor terreus aeriꝰ superiora transcẽdens. ⁊ aerem fortiter percutiendo impellens. ¶ Venti sunt quatuor principales. scilicet subsolanus ab oriente temperatus habens a dextris

vulturnum deficcantem · a a sinistris eurum nubem generantem · ¶ Item a meridie est auster calidus qui fulmina gignit a pluuias largas habens a dextris affricum calidus · a a sinistris notum quidem sed pestilentias inducentem · ¶ Item a septentrione est aquilo frigidus · habens a dextris eorum niues facientem a grandines · a sinistris boream nubes constringentem · ac pluuias prohibentem · ¶ Item ab occidente est zephirus flores producens habens a dextris cyrcium tempestatem et pluuias ac tonitrua generantem · a sinistris fauonium mouentem mane nebulam sed serenum meridiem facientem Turbo est exentus de nube egrediens in seipsum reflexus · vel duoventi lateraliter sibi occurrentes, sese q; iuxta terram orbiculariter inuoluentes · ¶ Terre motus est vapor grossus cõtractus de pfundo terre · non potens exire propter superficiei terre illius soliditatem sicq; contractus siue coartatus in interioribus cauitatibus terre terram concutit ·

¶ De tempore · Cap · x ·

TEmpus est mẽsura motus primi mobilis · Ex hoc patet q; hic est tempus a non in celo secundum suã substantiam · quia hic mutant omnia a non ibi · hic enim est nũc hiems nũc estas · nũne pax nũc discordia · nunc tranquillitas nũc tempestas ¶ Mutabilitas rerũ ostenditur in hoc q; ea que mundus precipue amplectitur · scilicet sapientia a potentia in oriẽte cœperunt a nostram terrã habitabilem percurrerunt vsq; ad occidentem · In signum q; omnia tẽdant in occasum Nam studium sapientie cepit in egipto · post fuit in grecia · post hoc rome · deinde in francia a anglia · Similiter regna fuerunt primo in oriente · post in grecia · post apud romanos · nũc potestas imperij residet in germania · Propterhuiusmodi compatiacobus vitam nostram a hec mutabilia vapori · Isaias somnio a baculo arundineo · et liber regũ aque dilabẽti · Differẽtia est inter tempus euũ a eternitatẽ · Nam tempus habet principium a finem · Euum caret fine sed non principio · Eternitas caret vtroq; termino · quia ẽ mẽsura increata · Iste sunt etates mũdi ¶ Prima est ab adam vsq; ad noe · habens annos iuxta hebreos · M · dc · lvi · Sed iuxta · lxx · ij M · cc · xlij · ¶ Secunda ẽ a noe vsq; ad abrabam · habẽs annos secũdũ hebreos · cc · xcij Sed secundũ · lxx · M · lxxij · ¶ Tercia ẽ ab abrabaz vsq; ad dauid · habens ãnos secũm hebdcccc · xlij · Sed secundũ · lxx · M · c · xxxi · Quarta ẽ a dauid vsq; ad trãsmigrationẽ babiloñ

habens ānos secundū hebreos · cccc · lxxiij · Sed secundū · lxx · cccc · lxxxv · ¶ Quinta etas ē a transmigracōne babilonis vsq; ad xp̄m · habens ānos secundū hēb · dlxxxix · Sed secundum lxx · dlxxviij · ¶ Igit ab exordio mūdi vsq; ad xp̄m habem? annos secundū hēb · prosequēte beato hieronimo · iij M · dcccc · lij · Sed secūduz · lxx · quos greca sequēt · v M · d · viij · Eusebius aūt quē orosius secutus est inter vtrosq; incertus numerat annos · v M · c · xxx · qs pene oēs latini sequuntur ¶ Sexta etas est a xp̄o vsq; ad finem mūdi · ¶ Septima est quiescentium q̄ currit cum sexta ¶ Octaua est resurgentiū · ¶ Porro secundū hebreos in prima etate mūdi fūt generationes decem · In secūda decem · In tercia · xiij · In quarta · xvij · quas tamen matheus grā ministerij · xiij · ponit In q̄nta xiij · ¶ Etates hominū sunt iste ¶ Prima est infantia a natiuitate ipsius hominis vsq; ad annos septem · ¶ Secunda ē pueritia vsq; ad ānos · xiij · ¶ Tercia ē adolescētia a q̄ndecimo anno vsq; ad · xxviij · Quarta est iuuētus vsq; ad · xlix · Quinta est senectꝰ a q̄nquagesimo vsq; ad · lxxix ¶ Sexta est decrepita ab anno · lxxx · quousq; vita finit ¶ Dignitas dominice diei notatur in hoc q̄ fuit prima dierum · Item vt dicit erit vltima dies · Item nox illa nō precessit Item nox illi non succedit · Item celū et terra in ea creata sunt · Item angelus in illa conuersus est ad deum · Item primo data fūt in ea filijs israhel mandata · sicut dicit Origenes · Item xp̄s in ea natus est Item christus in ea resurrexit · Item sp̄ūs sanctus datus est in ea apostolis · Item omnes in ea resurgemus at q̄ iudicabimur Item in ea fruem? continuā di perpetuo in laude dei

De angelis in cōmuni · Capitulum vndecimuz

Angelus secūdū Dam̄ · ē substātia intellectualis semper mobilis · arbitrio libera · incorporea · deo ministrās immortalitātē suscipiens scd̄m g̃tiam nō naturā Substātia ponitur in hac diffinitione p genē q̄ ponitur ad drām accidentis · Intelligitur etiam hic substātia qualitercunq; composita scz ex eo quod ē q̄ quo ē · Intellectualis dicitur potius q̄m rationalis · quia ratio ē virtus collatiua causе et causati · q̄ ideo composita · Intellectus autē de ratione sui n̄ habet collationez · sed est sine inquisitiōe q̄ compositione · q̄ ideo competit nature magis simplici pro differentia vt ē angelus Ratio autē ē drā nature min? simplicis scz hominis Semp mobilis non dico de loco ad locū · ꝫ mobilitas dicit hic triplicem vertibili

tatem in angelo · scilicet nature · intelligentie ⁊ voluntatis · Mobilitatē eñ habet nature · quia omne creatum vertibile est in nihil · nisi manu omnipotentie dei contineatur Similiter angelus mobilitatem habet intelligentie · quia licet in angelo non sit viāssitudo intelligentie quo ad scita cognitione i verbo cum deiformem habeat itellectum secundū Dionysium · potest tamen in eo quo ad cognitionem rerum i propria natura esse viāssitudo mtelligētie q̄ ad discēda · ⁊ hoc est qđ ait augustinus · q̄ oñe creatū habēs intellectum intelligit vnuz post aliud · Item in voluntate mobil' est angelus · quia nō simul vult hoc ⁊ illud · Item potest dicā sēper mobilis motu dilectionis · Arbitrio libera · hoc non dicātur ꝓpter deflectionem ad bonum indifferenter ⁊ ad malum · sed ꝓpē liberam electōnem eorum que voluerit · Vnde augelus bonus sēper eligit libere bonū · ⁊ angelus malus libere ac sine coactioē malum eligit · Incorporea · Nota q̄ angelus habet ꝓprietatem corporis non naturā · sez in loco contineri Cum eñ corpus sit in loco ⁊ circumscriptiue ⁊ diffinitiue · angelus tantum diffinitiue est i loco · Deo ministrans · Ministeriū ponit hic ꝓ quocūq̄ obsequio · ⁊ secundum hunc modum tam assistentes q̄m ministrantes q̄m etiā demones ministrant · Immortalitatem fuscipiens secundum gratiam non naturam · quia tēderet in nihilum · nisi per gratiaz cōseruationis continueretur ¶ Angelo attribuunt quatuor · scilicz essentie subtilitas · intelligentie perspicacitas · libere arbitrij facultas · discretio personalis · In tribus primis cōuenit anima cū angelo · In quarto autem non · q̄z anima non est persona Habet ⁊ alia tria angelus · scilicet virtuositatē in operando · officiositatē in ministrando · immutabilitatez post electōnem siue in bono siue in malo · ¶ Differētie quatuor assignantur inter angelum ⁊ animam · Prima est ⁊ principalis penes esse naturale · q̄ anima est nihilis corpori etiaz actu separata · angelus nō · ¶ Secunda ē penes esse logicum id est diffinitionem · quia anima rationalis ē sed angelus intellectualis Anima eñ apprehendit inquirendo ⁊ cōferendo · Angelus autem intuendo ¶ Tercia assignatur penes eē methaphisicū id est separatū a materia ⁊ motu · quia āgelus nō habet passibilitatē nisi respectu superiorum · Anima vero etiam respectu inferiorum sensibilium quia immutatur a sensibilibus · ¶ Quarta est penes esse theologicum · quia aima vertibilis est a bono ad malum · ⁊ econuerso · Angelus vero non · quia manet in eo ad quod se conuertit · siue bonum sit illud siue malum An

geli sunt ōnes similes in eo q̄ im
mortales · inuisibiles · indissolu
biles · simplices · discreti · perso
nis icommutabiles · incōmutabi
les alteri nature · Sed dissimiles
sunt in domis nature ⁊ grē ⁊ glori
e · Preterea dīat dionysius · q̄ i
omni natura spūali creata aliud
est essentia · aliud virtus · aliud
operatio ·

¶ Distinctio celestium ierar
chiarum · Capitulum · xij ·

Ierarchia triplex est sci
licet supcelesti⁹ · celesti⁹
⁊ subcelestis · Supercele
stis est in tribo personis vt qui
dā dixerunt ⁊ male · quia sc̄dm
dionysiū Ierarchia dīat ordinē
⁊ ille absolute non est in trib⁹ p
sonis · sed tm̄ ordo nature · Cele
stis est in ordinibus angelicis ·
Subcelesti⁹ in hominibu⁹ sācti⁹

¶ Porro ierarchia celesti⁹ diui
ditur in superiorez · mediam · ⁊
inferiorem · Superior continet
tres ordines · scz seraphim · cheru
bim · ⁊ thronos · quorū primi cō
siderant dei bonitatē · secundi ve
ritatē · tercij equitatem · Item in
primis deus⁹ amat vt caritas · In
secundis noscit vt veritas · In
terrijs sedet vt equitas ¶ Medi
a continet dominationes · prīa
patus · potestates · quoruz p̄mi
officia regunt angelorū · sequen
tes capitibus presunt populorū ·
vltimi potestatem coercent demo
nū · Itē in primis deus dominat⁹
vt maiestas · In sequētibo regit
vt prīcipatus · In vltimis tuet⁹
vt salus · ¶ Inferior ierarchia si
militer cōtinet tres ordines · scz
virtutes · archāgelos · angelos
Ad quorū priores ptinet miracu
lorū operatio Ad secūdos magno
rū negociorū denūciatio · Ad ter
cios hūane custodie solliciturdo ·
Itē in primis deꝰ operat⁹ vt virt⁹ ·
In secundis reuelat vt lux · In
tercijs nutrit vt in spirans · Hec
dicta sūt secundū Grego · Sed
secūdū Dionysiū · Virtutes sūt
medius ordo secunde ierarchie ·
⁊ prīcipatus primus ordo terci
e ierarchie · Hic attende q̄ in q̄li
bet trium ierarchiarum p̄missarū
notat⁹ trinitas p̄sona⁊ diuina⁊
vt patet in celesti ierarchia tā su
periori q̄m media q̄m etiā inferi
ori ·

¶ De ꝓpriesatibo āgelorum in
commun̄ · Capitulum · xiij ·

Angeli sc̄dm Isidorū sūt
spūali substātia facti ·
āte oēm creaturā creati ·
natura mutabiles⁹ oditi · ꝯ ꝓtēpla
tione imutabiles facti · aio ipassi
les · mēte rationales⁹ · feliātate se
curi · futuri prescij · iussi mundū
regūt · missi corpa aerea sumūt · i
celestibo ꝺmorāt⁹ Horū · de eoꝺē
Inuestigemus inuestigabilia ·
⁊ prīo spūs eē potētes · gl'osos ·
btōs · distinctos in p̄sonis · dis
positos i dignitates · stātes ab ini
āo i ordie suo · pfōs i gne suo · i
mōrlitate ꝑpetuos · mēte puros

v ·

affectu benignos · religione pios · in vnanimitate indiuiduos · pace securos · diuinis laudibus ⁊ obsequijs deditos · Item secundum bernardum · In angelis est dignitas creationis · gra confirmationis · amor creatoris · visio deitatis · Est in angelis preterea sicut supradictum est essentie subtilitas · intelligentie perspicacitas liberi arbitrij facultas · agilitas velocitas · prompte omes obediunt · maiores sine elatione presunt · minores sine vicio subsunt · q ad exteriora exeunt ab interiori contemplatione non recedunt · omnem virtutem inferiorum superiores participant ⁊ non econuerso · qui excellunt in natura precellunt in gra ⁊ in gloria · In eodez ordine creduntur alij esse alijs dignioes Duplicem habent visionem · scz matutinam ⁊ vespertinam · Illuminationes quas a superioribus recipiunt alijs tribuunt ·

¶ De proprietatibus ⁊ officijs singulorum ordinum · Ca · xiiij.

SEraphim est seraphim in amore dei ardere ⁊ alios ad incendium diuini amoris promouere · ⁊ deum ordinate diligendi formam tribuere · Isti immediate deo iunguntur ⁊ ideo perfectius in ipsas operationes theophanie deferuntur · ad aliud qd cunq extra amatum no diuertunt ¶ Cherubim primo ⁊ principali ter relucet diuini luminis radio propter eo q vicinius prime veritati iunguntur · Horum officium est promouere homines ad diuinam cognitionem ideo pre ceteris dicuntur lucere · q plenitudinem quam suscipiunt alijs inferioribus communicando transfundunt · ¶ Throni dicuntur eo q in eis deus sedeat · ⁊ iudicia sua decernat In his ergo primitiue relucet rectitudo diuini iudicij · Di quoq dei virtute qua super se accipiunt ad inferiores transfundunt · ¶ Dominationes dicuntur · quia ceteris angelis dominantur · ab omni oppressione sunt liberi · ⁊ nulli inferiori subijciuntur · Horum officium est secundum gregorium · In bello spirituali instruere qualiter oporteat prelationis officium exercere · ⁊ qualiter debeat subditis dominari Horum officium est etiam secundum dionysium timore seruili deposito in deum moueri ⁊ incessanter ei famulari · Principatus subditis angelis presunt · ⁊ eos ad ministerium diuinum explendum disponunt · Ad hos pertinet secm dionysium vniuersale regimen vnius regni vel gentis ductiuum ad dei similitudinem Ministerium quoq eorum est secundum Gregorium · docere homines exhibere reuerentiam vnicuiq secundum gradum suum Horum etiam est promouere homines vt no propter vtilitatez propriam sed propter solius dei honorem et amorem faciant iustitiam ·

¶ Potestatibus secūdū ꝟ fitorū virtutes aduerse subiecte sunt · ne mundo tantū noceāt quantuz cupiunt · Dorꝝ officium est secū dum Grego · illos qui spūali cer tamine defudāt cōfortare · ⁊ ne regnū spirituale amittant defen dere · Et scd̄m dionysiuz · ad ip sos spectat āgelos inferiores q̄n tum possibile est diuine potentie conformare ¶ Virtutes sūt infa tigabiles ad executionem facien doruz · ⁊ robusti ad perceptionē munerū · Dorū officium est secū dum dionysium · docere prelatos vt facile et perseueranter que ad officiū prelatiois pertinēt exeq̄n tur · ⁊ ipsius onera sustineāt pa tienter · Itē p istos miracula fiūt ⁊ virtutes faciendi miracula pfe ctis concedūtur ¶ Archangeli summi nunciꝫ nuncupant ⁊ sum ma nunciant · Dorum officiū est secundū grego · de illis que per tinent ad promotionē fidei · vt de natiuitate xpi · ⁊ factis eiꝰ homi nes expedire ⁊ demones ab homi nibus remouere · Et secundū di onysiū pphetias reuelare · Isti il luminacōnes quas a superioribꝰ suscipiunt inferioribus annunci ant ⁊ per eosdem nobiꝰ ¶ Ange li sunt celesti dispositione vltimi ⁊ hominibꝰ magis ꝓpinqui · An gelus nomē est officiꝫ non natu re · Isti minora nunciant ⁊ hoies ad diuinā cognitionem ducunt · ⁊ vt iuste viuant instruunt · Di sursum extenduntur per dilectō nē dei · ⁊ in semetipsis firmantur per custodiā sui · ac sub se ꝓgre diuntur ad auxilium proximi · ¶ Nos aūt assimilari debemus se raphin per caritatem · cherubin p cognitionem · thronis per equita tem · Item dominacōnibus carnē subiugando · principatibus reue rentiam nostris maioribus exhi bendo · potestatibus temptacōni bus diabolicis resistendo · Item assimilari debemus virtutibus p compassionem · archangeliꝫ per instructōnem · angeliꝫ per obse quij exhibitionem ·

¶ De cognitione ⁊ motu an gelorum · Capitulum · xv ·

Angeli cognitionem hūt matutinam · hoc est cog nitionem rerum in verbo Item vespertinam id est cogni tionem rerum in se · Item meridi anam id est apertam dei visionē Est et alia cognitio angelica p ut scilicet maioreꝫ indicant mino ribuꝫ que p diuinaꝫ theophani as perceperunt · Theophania ve ro est ostēsio alicuiuꝫ cognosci bilis de deo per illuminationē de deo venientem · ⁊ hoc potest esse vel in simbolis vel facie ad faciem ¶ Nota q̄ angelus cognitione rerum in ꝓpria natura cognoscit plura sit̄ habitu nō āt actu · Cir ca incarnationē ⁊ passionē xpi sci uerūt angeli substātiā facti · sed non omnes circumstantias · pre terea quecunq; cognoscūt āgeli cognoscūt remota sic ⁊ ꝓpinqua ·

quia cognitio eorum non est per sensum · sed per intellectum ·

Status angeli triplex est · sciz innocentie · gratie ⁊ glorie · Distinguit motus angelorū triplex secundū Dionysiū · sciz circularis · rectus ⁊ obliquus Circularis est ab eodem in idem · ⁊ circa idem cētrum immobile · hunc motum habent angeli. quia immediate recipiunt illuminationes a deo · ⁊ per illas reuertuntur ad deum Istud autē inuenit superiori ierarchie tm̄ Itē motu recto mouētur qm̄ p̄cedunt ad prouidentiam subiectorū recte omnia trāseuntes · ⁊ ibi non reuertuntur ab eodem in idem. sed de uno ad aliud · Item est in angelis motus obliquus qm̄ cognitionē inferiorum quibus prouident reflectūt in deū primū principium ⁊ finem pulcri ⁊ boni · ¶ Nota differētiā inter assistere ⁊ ministrare · quia assistere est facie dei cōtemplari · sic assistunt omnes angeli boni · Itē assistē est immediate recipere illuminationes a deo · Sic assistunt tres primi ordines tantuz · Item assistere est appropinquare deo ⁊ extraneū esse missioni ad exterius Sic assistunt quatuor primi ordines ¶ Ministrare vero est nunciare pro temporis opportunitate · ⁊ operari secundū officiū. est ei ministeriū nūcij vel officij ¶ Erratū est circa motū angelorū tribus modis · Dicebant enim quidā philosophi q̄ angeli nunq̄m mouent sed mouent speras ⁊ uolūtates hominū · Itē dixerunt quidam q̄ angelus fit i pluribus locis ⁊ etiam vbiq̄ si uoluerit · Item dixerunt alij q̄ angelus sic uenit de fine spacij q̄ non transit media sed transilit · Illud quoq̄ pretermittendum non est q̄ unusquisq̄ ordo ab eo denoiatur quod respectu inferiorū ordinū excellētius accipit in mundo

¶ De prelationibus angelorū Capitulum decimumsextum ·

Dicunt quidam angeli regionibus vt dicatur in danieli · Principes greco rum ⁊ princeps persarū ⁊c · Quidā vero presunt ecclesiis · Apoc · Angelo ephesi ecclesie scribe · Item alij presunt personis · Act · Angelus petri credebatur ad ostium stare ¶ Quidam etiam spiritus malignī dicunt vicijs preesse Unde vocatur aliquis spiritus luxurie vel superbie ⁊ huiusmodi ·

¶ Que autem prelationes permaneant vel que cessent post hanc vitam ¶ Sciendum q̄ ierarchie stabunt semper quantuz ad stātiam beatitudinis ⁊ quantuz ad gradum dignitatis · ⁊ nobilitatem domi gratuiti ac nature · Cessabunt autem prelationes angelice super homines ⁊ āgelos quo ad actum regiminis secundum gubernationem mundi ⁊ electorum secundum viam ad patriā.

¶ Prelatio autem in demonibo quo ad officiuz insultandi a irridendi secundū q̄ vnus puocat alterū in malicia nō destruetur. ℞. Superbia eorū qui te oderūt ascē. Nec destruetur quantuz ad maliciā a naturam. Cessabit autē eorū prelatio quo ad officium temptandi eos qui sunt ivia In hominibus etiam prelatioēs euacuabuntur. quia nō erūt decani centuriones aliarche a huiꝰ modi In creaturiꝭ similiter cessabit prelatio. quia superiora non manebunt tunc nec inferiora sic modo.

¶ De confirmatione angelorum. Capitulū decimūseptimū.

Confirmationē habet angelus ex trib?. ex natura. ex grā. a gloria Ex natura. quia natura spūalis tantum semel vertibilis est i bonum vel in malum nisi ex vnione eiuꝰ cum alio sicut patet in anima q̄ dum est in corpore potest mutari sepius de bono in malum a econuerso. soluta vero non. Huiꝰ ratio est. quia natura pure spiritualis ꝓpter simplicitatem suā totā se cōuertit ad id quod eligit. qđ non facit natura vnita. quia corpus habet retrahens. ¶ Ex grā similiter habet confirmationem. quia si aliquid connectitur stabili eterno vinculo perpetuo. illa cōnexio semper manet. Sic angeli colligati sūt stabili eterno. scilicet deo. a hoc vinculo idissolubili caritatis. Apostol? Caritas nunq̄m excidit. ¶ Ex gloria quoq; habent eam. quia cum deum habeant per gloriam qui ē forma cōpletiua āgelicā desideriꝭ non vagantur extra ipsum. vt q̄rant quicq̄z illo melius vel desiderabilius aut iocundius. Nihil eiꝭ in creaturiꝭ inuenīt quod possit eos a fonte dulcedinis auertere. ¶ Tenendum est itaq; q̄ angeli boni ex libertate arbitrij ad deum conuersi statim fuerūt ꝓ gratiam a gloriam in voluntate cōfirmati. fideles ac felices effecti atq; in ratione illuminati. vt nō solum cognoscerēt res in ꝓprio genere. ꝫ etiā in arte hoc est in verbo. Acceperūt insup pfectionez in virtute operatiua siue exequātur illā assumpto corpore siue alias. atq; perfectōnem in virtute contemplatiua. qua quocūq; mittantur intra deum currunt.

¶ De custodia angelorū. Capitulū decimūoctauū

Angeli nob ad custodiam deputati tenent nos stātes ne cadam?. a cadētes nos adiuuāt vt surga?. Nec vnq̄z nos deserūt etiā pcātes q̄n sp sint pati auxiliari si velimus hoc tñ fallit i obstinatiꝭ. a quorū custodia desistit āgel? actualiē paratus est tamen custodire eū si redire velit. q̄n nunq̄m deserit tur homo ex toto ab angelis.

¶ Nota q̄ xp̄s non habuit sibi deputatum angelū · quia anima eius superior fuit omni angelo · Sed habebit vnum antixp̄us · quē licet p̄pter nimiam obstinationem suaz non sit habiturus ad p̄motionē · habebit tamē ad accusationem · ¶ Effectus autem angelice custodie multiplex est ¶ Primus est impedimenta vi & occasiones peccati remouere · Exo · Mittam angelum precursorem qui ejiciat iebuseum Secundus est temptacōnes mitigare Dañ · Angelus dñi descendit in fornacē ac̄ · ¶ Tercius est contra hostes visibiles adiuuare Regū Delizeus vidit castra angelorum · ¶ Quartus est orationes nostras & elemosinas deo presentare & p̄o nobis oraē · Tho · Qñ orabas cum lacrimis ¶ Quint? viam ostendere · Tho B · Ego sanum ducam & reducam · ¶ Sextus ē in agendis dirigere · Zach · i · de angelo qui instruxit eū de quatuor fabris ¶ Septimus se ipsū & alia secreta reuelare · Tho B · Ego sum raphael angelus · ¶ Octau? est a peccatis excitare · Act · xij · Surge velociter · ¶ Non? est ad feruorem excitare · Ap̄c · Surge grandis restat tibi via. ¶ Decimus est consolari Tho · Forti animo esto in proximo est vt a deo cureris ¶ Vnde cimus de peccato increpare · Judicū · dixit angelus populo isr̄l. Cur hoc fecistis ¶ Duodecim? potestates? contrarias? arcere ne tantum nocere valeāt quantum vellent · Tho · Qualiter angelus asmodeum ligauit Angeli seruiunt nobis p̄pter tria · scilicet p̄ruine siue reparationez · homines enim saluandi intrabunt locum cadentium angelorum · Itez p̄ meriti acidentalis cumulationē quod auget in eis vsq; ad diem iudicij · Item p̄pter amoris erga nos demonstrationem · Dionysius attribuit angelis tres actus · scilicet purgare · illuminare · perficere Purgant itaq; āgeli amouendo fantasmata que impediūt illuminationem quā angelus intendit facere in nobis · Vnde tria remouent ab aīma scilicet ignorantiam & nubila fantasiarum ac falsas opiniones philosophicarū rationum reuelationi contrariarū ¶ Illuminat vero aīmam triplicit̄r · scilicet ad sensum vt patet qū manifestant aliquid in assū pto corpe · & hanc potestatē diabolus etiam habet · Secūdo per imaginacōnē p trāsmutationem specierū ponēdo & diuidendo secūdū exigentiā rei quā volunt reuelare · Tercio ad intellectū & talis illuiatio solū p̄fecta ē · Notā dū est q̄ angelus nō solū illuiat intellectū efficiendo cognitionez in aia · q; nō p̄t intellectui nouā spēm creaē · nec habituz noui luminis creaē · ꝯ nec ei? itētionē q̄ vult ouertē · hec ei tria req̄runt vt intellect? nī aliquid itelligat

scilicet spēcies qua cognoscat · & lumen in quo cognoscatur · & intentio qua conuertat se intellectus super spēciem · Illuminat autem angelus intellectum nrm exātando & disponendo & lumē diuinū in nos transfundendo · fā ät em̄ vt dictum est in fantasia transmutationem spēcierū cōponendo & diuidendo secūdū exigētiā rei quam vult reuelare · Item irradiat lumen intellectus sui super illas vt moueat intellectum nostrum · vt sic plura & subtiliora videri possint i lumine duplicato Item exātat intencōnem anime aliquo motu vt se cōuertat sup illa fantasmata abstrahendo ab alijs · perfiāunt etiam id ē promouent ad melius · ¶ Vtrum āgelus incēdere possit affectum hūanum · nota q hoc tripliciter intelligi potest · scz vel efficiendo · vel mouēdo · vel exātando & adiuuādo · Primo modo solus deus inflāmare potest affectū · Secundo modo ipsum desideratū inflāmat affectū Terāo modo potest angelus affectum nostrum incēdere · De istis habemus exemplum in naturis · quia primo modo ignis accendit ligna · secūdo modo ligna accendunt ignē · terāo modo qui igni ligna apponit ignem incendit · Differentia est int̄ immittere cogitationem & incendere & mentem illuminare · quia cogitacōnem immittere est vt diät deda intus creare & facere cogitationem · Sed incendere est cogitationem iam factam inflāmare · Illuminare vero est dare reuelationem de aliquo occulto intelligibili ·

¶ De locucōne angelorū · xix

VErbum triplex est scilicet mentis oris operis · Verbo mentis loquitur deus angelis & econuerso · Item deus anime & econuerso · Item diabolus deo cuius tñ intentio deum latere non potest · Verbo autē & loquit̄ homo homini · & angelus homini in corpore assumpto Et verbo operis loquitur de? diabolo & āgelus diabolo · ¶ De locutione itaq; angelorū nota q; angelus loquit̄ deo cū in motū admiratois ex visis exurgit · vel cū affect? suos ei presentat · quos tñ eū non latere minime dubitat ¶ Angelus vero loquitur āgelo mētis sue spēcies ostendendo mediante illuminatione quadā spirituali irradiante ab ipso · Item angelus facät aliquid coram āgelo · quo facto intelligit quod ante non intelligebat · & sic loquuntur omnes omnibus · scilicet maiores inferioribus & econuerso · Item loquitur angelus angelo per cognitionem diuini luminis ipsum instruendo · Sic non loquuntur omnes ōmibus nec omnia · sed tantum superiores inferioribus de his que per diuinas theophanias percæperunt ·

¶ Loquitur autez angelus homi
ni dupliciter · Primo modo ver
bo vocali in assumpto corpore · ꝫ
tunc sicut non profert sonum in
organis materialibus secunduz
naturam · ita nec circulariter im
mutat medium quemadmoduz ē
in voce naturali · Vnde nō audit
nisi ab illo ad quē ordinat · ⁊ si
militer est in apparitionibz āge
lorū quos quidā videt · ⁊ alij eq
ppinqui non vident · vt apparet i
helyzeo ⁊ puero eius · Dicūt tñ
aliqui q angelus nunq̄m appa
ruit vel apparet aut loquit homi
ni in subiecta creatura · Sed ita
tionē siue similitudinē ponit in o
culo eius · vel intencōnē vocis po
nit in aure illius · ⁊ ibi recipit sē
sus cōmunis species illas · ac dei
de perueniunt ad imaginationē,
post hoc ad intellectū · ⁊ hoc est
qđ dicitur angelus apparere vel
loqui homini ¶ Secundo modo
loquit āgelus homini per impres
sionē rerū sensibiliū instrumen
to imaginis · ⁊ sic loquit vigilā
tibus ⁊ dormientibz · Itē angel?
loquit diabolo species sui intelle
ctus ei sine aliqua illuminacōne
ostendendo · Itē loquit diabol?
homini dupliciter · quia quādoq
sensum immutādo · ⁊ hoc vel ima
ginē alicuius rei imprimendo in
strumēto visus · vel subiiciendo
visui similitudinē alicui? rei ¶
Secūdo modo loquit diabolus
homini p impressionē rerum sensi
biliū instrumēto imaginis · ⁊ hoc
fiat qūandoq vigilantibus · qñ
q dormientibz · ⁊ sic immittit co
gitationē mali · Cogitacōnē ve
ro malā nō potest immittere que
tantū p cōsensū mala fit · Est e
tiam locutio aiarū · quia anima
loquit deo per desideriū · cuius af
fectiones nude sunt dei oculis ⁊
aperte Anima similiter loquitur
angelo · sed hoc per voces corpis
quas bene perapit angelus sicut
⁊ alia sensibilia · Vnde aima ex
istens in corpore aliqua speciali
potestate loquendi non indiget
ad angelos · sed habebit exuta
corpore ¶ Item anima loquitur
diabolo · quia similitudines affe
ctionum imprimuntur sensibus
vbi diabolus legit eas ·

¶ De specialibus nominibus
angelorum · ¶ Capl'm · xx ·

OE michael sciendum et
gabriel ⁊ raphael q hec
sunt nomina ppria ange
lorum · licet ⁊ eorum interpretati
ones alijs sunt cōmunes · sed eo
rum ppria sunt · quia eis horū no
minū interpretacōnes cōueniunt
excellentius · ¶ Michael interp
tatur quis vt deus · hic est de or
dine principatuum · ⁊ attribuū
tur ei quatuor · scilicet eē prepo
situm paradisi id est ecclesie · sic
⁊ olim fuit princeps synagoge ·
Itez deferre animas in paradisū
sed hoc intelligas q gloriosius
deferat q̄m alij ¶ Item pugnare
cum draconе id est cum diabolo
sicut legitur in apocalipsi · Item

vehiré in adiutoriũm populo dei Gabriel interp̃tat fortitudo dei Dic est de ordine archangelorũ et merito · quia magna nunciat · Raphael interpretat medicina dei et est de ordine angelorum · quia vnam psonam custodiuit ·

¶ De casu angeli · Capt̃ · xxi ·

OMnes angelos fecit deꝰ bonos non tñ summos · sed medios int̃ summum bonum et bonum cõmutabile qđ est creatura ita q̃ si cõuerterent ad amandum qđ erat supra se · ascenderent ad statum gratie et glorie Si vero cõuerterentur ad bonum cõmutabile qđ fuit infra se · hoc ipso ruerent in malum culpe et pene · quia non est de decus peccati sine decore iustice ·

¶ De spirituali casu demonis · Capt̃ · xxij ·

OMnis diaboli fuit duplex scilicet spiritualis et localis Spiritualis quidẽ quia cecidit de nature puritate · de libeꝛi arbitrij ad bonum flexibilitate · de luce in tenebras · de scientia in ignorantiam · de innocentia in culpam · felicitate in penam · de dilectione in odiũ · post casum enim factus est impenitẽs et obstinatus in malo ꝛ execrat? a vero · et deordinatus in bono · et infirmatus i virtute · et excluſus a dei cõtemplacõne Preterea voluntas eius impia cõuersa est ad hominis odium et inuidiam · Vnde toto conamine nititur ad eius subuersionem p̃ temptationem multiplicem ·

¶ De locali casu demonis · Capt̃ · xxiij ·

OMnis ecia diaboli localis fuit · quia in infernũ vel in aerem caliginosum qui est i medio interstitio aeris corruit · Demones em̃ non sunt in superiori parte aeris ne lumĩe gaudeant · nec sunt in parte inferiori ne nimis contra nos seuiant

¶ Vnde notandũ est q̃ in demonibus est tria considerare · scilicet naturam · officium et peccatum · Et nature quidem cõuenit locus summus id est celũ · in quo tam q̃z in loco congruo sunt creati et postmodũ in natura si stetissent pficiendi · Officium vero qđ hñt exercẽdi homines cõuenit locus medius id est aer caliginosus · vbi et satis ꝓpinqui nobis sunt ad temptandum · et tamen non habent lumen ad gaudendum · Sed peccato cõuenit locus infimus scilicet infernus · Vnde demones post finem mundi quãdo cessat eorum officium detrudent̃ insimul in infernum Dicunt quidam q̃ angelus ceciderit secũda die sed communior opinio est q̃ prima die subito post creacõnem suã Dicitur cõmuniter q̃ decem? chorus angelorum ceciderit · sed hoc non dicitur q̃ decem ordines angelorum fuerint sed tot de singulis ordinibus ceciderunt quot poterant facere chorum vnum ·

¶ De restauracõne ruine angelo rum · Capl' · xxiiij ·

Angelorum ruina restaurabitur p saluandos Dicit autem Augustinus · q tot homines saluabũtur quot demones ceciderunt Sed Greg? dicit · q tot homines saluabũtur quot angeli pstiterunt Dixerũt eciam quidam q duo parietes erunt in celo · scilicet vnus hoim et alius angelorũ et q ruina angelorum restaurabitur per virgines et de alio pariete tot erunt saluandi quot in alio pariete fuit virgines et angeli ·

¶ Quare pecatum diaboli sit irremissibile · Capl' · xxv ·

Quare pecatum diaboli sit irremissibile assignantur plures racõnes · Prima est scdm Augustinuz · quia nullo suggerente pecauit · ideo nullo repante redibit Secunda racio est · quia scdm Damascenum contra deiformem intellectũ peccauit · quãto autem nobilior est cognitio tanto peior est error · Seruus enĩ sciens voluntatem domini nc̃ Tercia scdm eundem Damascenũ · Diabolus nõ est susceptibilis penitẽcie vnde nec venie, Quarta est · qz in diabolo extincta est sinderisis quantum ad hoi pmotionem Quinta qz natura spiritualis tantum semel vertibilis · eo q totam se cõuertat · qd homo non faciat quia caro semp repugnat spiritui Status angeli mali triplex ẽ vt patere poterit ex pdictis · Primus sciz innocentie Secdus culpe Tercii pene et miserie ·

¶ De pprietatibus demonum Capl' · xxvi ·

Demones sunt spiritus impij humani generis i imaĝ · mente rationales · in nequicia subtiles · nocendi cupidi · per supbiam tumidi · semp in fraude noui · immutant sensus inquinant affectus · vigilantes turbant · tormentes per somnia inquietant · morbos inferunt · tẽpestates cõciant · in luas angelos se transformãt · semper infernum fuuz secum portant · in idolis sibi diuinũ cultum vsurpãt · super homos dominari appetunt · magice artes p eos fiunt · homis ad exercitium dantur · semp fimi hominis insidiant' · Triplici acumine scientie vigent demones · Primo subtilitate nature et hoc p cogmcõez vespertinã · secdo ex pietia tpm · tercio reuelacõe sup nozũ spirituũ · Primo mõ intelligunt naturalia pncia · secdo mõ natuãlia futura · tercio modo cognoscũt eciã voluntaria · Multipliciter diabolus noiat' p quod et ppetates siue cognoscunt' Vocat' enĩ diabolus qd interptat' defluens · qz defluxit id ẽ corruit spũaliter et localiter sicut dictum est · grece qz interptat' diabol? elausus ergastulo · et hoc cõuenit sibi qz nõ pmittit' tm̃ nocere quantũ

vellet · Primo secm ethimologiam diabol? dr̃ a dia qđ est duo et bolus qđ est morsell? q; duo ocádit scz corpus et animā · Jtē vocat demon id est sanguineus · et hoc ꝓpter peccatum Vel sciēs · q; viget triplicá sciēcia sic dictū est Jtē vocat belial qđ interptat absq; iugo vl absq; dominio · q; ꝑ posse pugnat cōtra eū cui deberet esse subiect? Jtē belsebub qđ interptat vir muscarū id ē aiarū peccatricū que reliquerūt verum spōsū cristū Jtē satbanas id ē aduersans? Vnde petrus Aduersarius vester diabol? circuit nē Jtem behemoth id est bestia · q; fāt bries bestiales Jtē leuiathan id est additamentū eorū q; peccata peccatis cumulat ·

¶ De malicia diaboli cōtra nos Capl̄ · xxvij ·

Diabol? nocet homini multipliciter · q; ꝑ violencia et hoc qñq; exterius corpus ledēdo sicut fecit Job · qñq; intus membra ligando sicut ē in obsessis ¶ Et ꝓpter hoc dat parvulis āgelus bon? ne diabolus in his ledat eos vel excedat Jtē nocet ꝑ impressionē imaginū mala suggerēdo · vel ꝑ cōmotionem sanguinis ad peccatū accēdendo vel sensus exteriores ꝑ obiectionem falsarū formarū decipiendo · De bis et similib? dicit Greg? · q; diabolus a opprimendo rapit · a insidiando circūuolat a suadendo blandit · a minando terret · a desperando frangit · a punitendo decipit · ¶ Diabolus decipit homines q̃tuor modis · Primo suadendo bonū sed hoc ꝓpter malum vt cum homini instabili suadet ingressu religionis · ꝓpter hoc vt postmodum apostatet ¶ Secdo suadendo malum sub specie boni vt piurare p rebus alterius cōseruandis ¶ Terćo dissuadendo bonum tamq̃ nocuū · vt cū dissuadet probo viro religionis ingressum · ne de hoc peniteat et egrediens cōfundatur · vel qñ dissuadz alicui oracōnem vel elemosinam ne p hoc incurrat vnam gloriam ¶ Quarto dissuadēdo malum vt ducat ad pius · vt quādo suadet temperantiaz in victu et somno · vt inducat indiscretā abstinencam qđ pius est · ¶ Impeditur diabolus in effectu suie malicie multis modis · qñq; scz p terminū sue potestati impositum a deo Jtem quandoq; per resistentiam bonorū spirituū · habet enī quelibet aia duos angelos · vnū scz bonū ad custodiā · aliū malū ad exercitiū · Jtē p arbitriū bois nō cōsencientis Jtē qñq; ꝓpter peccati abominacōnez · q; demones nobilioris nature qñq; peccata vilia detestant Jtez ꝓpter cautelam qñq; omittit facere mala vt pius fiat Sicut modo nō vexat excōmunicatos vt sentencias tales min? timeāt · ¶ Vtrū virtus temptādi minuat in diabolo qñ vincatur diuerse sunt opiniones

Dicunt enim quidam q̄ supat? in vno vicio ipsum victorem nō possit amplius temptare de eod̄ vicio · sed alius diabolus potest Alij dicunt q̄ superatus in vno vicio nullū de illo vicio possit amplius temptare Origenes dicit · q̄ supatus ab vno nemine possit temptare de cetero · Data est de mōib? potestas exercendi magicas artes multiplici ratione · Primo ad fallendum fallaces sicut egipcios et ipsos magos · Vnde eciam que ipsi p̄ talem modum acturi sunt quasi diuinando predicunt · Secdo ad mouendum fideles ne scilicet tale quid p̄ magno desiderent cum videāt eciam malos facere huiusmodi · Tercio ad p̄bandam et exercitā dam pacientiam sanctorum ·

¶ De lucifero specialiter Capl' xxviij ·

De lucifero sciendum q̄ fuit de supremo ordine superioris Jerachie · ac in illo ordine supremuz gradum tenuit · Cui tanq̄z primipi de singulis ordinib? magna multitudo adhesit · quos omnes secum traxit · Lucifer dictus est · quia pre ceteris luxit fueq̄ pulcritudinis eum consideratio excecauit · primū hominem temptauit et vicit · christum temptauit et victus est Potestate tunc amisit quam vltimis temporibus recuperabit Nunc religatus in fine soluetur

¶ Peccatum luciferi fuit q̄ se et suum priuatum bonum execrat? dilexit · De altitudine habita p̄ sumpsit ac p̄priam excellentiaz ambiuit · q̄d habitur? fuit ex se nō ab alio et sine meritis habere voluit · stare noluit cū posset quousq̄z gracia apponeretur · dei similitudinem a pecijt · non quidem imitationis sed potestatis id est subditos habere voluit · et nulli subiectus esse concupiuit ·

¶ De anima quid sit secdm diffinicōnem · Capl' · xxix ·

Post naturam corporeaz et incorpoream dicendū est de natura ex vtriscq̄ cōposita · sed primo ex pte mentis · secdo ex pte corpis · tercio toticus hominis De anima igitur videndū est p̄mo quid sit secdm diffinicōnez · Porro a quibusdā sanctis diffinitur vt spiritus a quibusdam vt anima · a quibusdam vt spiritus et anima · In quantum igitur anima naturam habet spiritus diffinit ab alexandro in libro de motu cordis · Anima est substancia incorpea intellectualis illuminacōnum q̄ sunt a p̄mo vltiā relacōne p̄ceptiua Ex hac diffinicōne cognoscimus q̄ spiritus humanus q̄ est aia inter oēs creaturas imediate post angelos illuminacōis dine fit p̄ceptiuus · Aia vero inquātū aia diffinit a Remigio · Aia est substancia incorpea regens corpus Ex hac diffinicōe habet? q̄ aia ē q̄si corpis motor et rector ·

Jtez anima inquantū anima diffinitur a pho in libro de anima. Anima est entelechia corporis physici organici potencia vitā habētis. Entelechia hic dicit actū prim? siue perfectio. Ex hac diffinitione habet? q anima vnibil est corpori non omni sed soli organico et physico. id ē naturalit ad susceptōnez anime dispositio ¶ Anima eciā inquantū spirit? et anima diffinit ab augustino sic Anima est omniū similitudo. Nec diffinitio data est per comparationem anime ad creaturas. Aia em̄ ex sua natura ad suscipiendas oim rerū corpaliū et spiritualium similitudines est apta Jtē alia descriptio talis est Anima est deiforme spiraculum vite Nec diffinitio sumit? a Gen. ij. et dat? scd̄m q anima compat? ad deum. put nō ex traduce vel seminali racōne pagatur. sed a deo corpori creando infunditur. et infundendo creatur ¶ Jtē Seneca sic diffinit animā. Anima ē spūs intellectualis ad beatitudinem in se et in corpore ordinat?. Nec descriptio dat? in relatione anime ad finē. scd̄m q non solū sepata beatificatur in se sicut angelus. immo et in corpore glorificato ipsius beatitudo ampliat?. ¶ Quid sit anima secundū rem. Capt. xxx.

Q Ē anima scd̄m rem diū fuas vident? phi sentēcias ptulisse Plato em̄ dicit animam essenciam sē mouentē. Zenon dicit eam numerū seipsum mouentē Arestotiles entelechiā Pitagoras armoniaz Ypocras spiritum tenuē Eraclitus lucem Democrit? spiritum cōpositum ex atlomis. Yppareus igneū vigorem Parmenides dicit eū esse ex terra et igne Epicurus autem ex aere et igne ¶ Inter has diū sitates nos sequmur dicta sanctorum et catholicorum magistrorū dicentiū q anima est spiritualis substancia et rationalis ad viuificandum corpus humanum ex nihilo creata Creata est inquaz amma pfectibilis et impfecta quātum ad sciencaz et vtutes. pfectissima tamen est quantum ad potencias naturales Et quia incorporea est sensui non est subiecta. neq; scd̄m dimensionem extensiua Quantitatez em̄ habet anima vt dicit Augustin?. non dimensiuam sed potestatiuam et virtualem. et quia simplex est anima. ideo nec augmenti nec detrimenti est susceptiua. q; nec in corpore maiori maior. nec in minori minor reperit. sicut dicit Augustin?. Multitudo q; potenciaruz in anima nō ponit maioritatem in anime natura sed multiplicitatē effectuū Aia eciā est vita ppetua p memoriam intelligenciā et voluntatē ad imaginez dei facta. capax vtutis vel vicij susceptibil? pene vel premij arbitrio libera. potēcijs et habitibus

ne affectionibus decorata. Caret pondere figura et colore. passibilis est et mutabilis. Eo magna est quo capax ē eternitatis. eo recta quo est appetēs bonitatis. eo btā quo pticeps deitatis

¶ Quid sit anima scdm nomen Capt. xxxi.

Anima diatur inquātum animat siue corpus viuificat Mens in quantū recolit. Animus dum vult Racio dum rectū iudicat Spiritus dū spirat. vel qz naturā spiritualem habet. Sensus dū sentit. memoria dum recordat. voluntas dū consentit Dec noia diuersa sunt anime. nō ppter eius nature pluralitatem. sed ppter effectuum et operacōnum multiplicitatem.

¶ Diatur autez anima ab a qđ est sine et mene qđ est sanguis eo q̄ sit sine sanguine. vel diat ab a et nemen qđ est tribuere. eo q̄ anima vitam tribuit.

¶ De triplia anima Ca. xxxij

Actus anime triplex est scilicet vegetare. sentire et racōnari. et scdm hoc distinguitur anime potencia triplex sciz vegetabilis. sensibilis et racōnalis. de quib? dicit Ambrosius. q̄ aia vegetabilis appetit esse. sensibilis bene esse. rationalis autem optime esse. et ideo nunq̄z quiescit quousq̄ optimo cōiungatur. ppter hoc vi amoris in deum mouet tamq̄z ad centrū vt in ipo summe delectetur. hec tres potēcie in diuersis subiectis tres aime dicā possunt Nam vegetabilis anima est in plantis. sensibilis in brutis. racōnalis in hominib? In homine aūt p̄dicte tres anime vna sunt in essencia. sed differunt in potencijs. Nec obstat q̄ in homine successiue ac diuersis temporibus manifestātur. hoc enī est a virtute formatiua q̄ racōnabiliter p̄us dispomit ad vitam q̄z ad sensum et prius ad sensum q̄z ad rationem. p̄sertim cū natura non in instanti sed paulatim et successiue operetur. Cum autem anima rationalis infunditur corpori. tunc predicte potencie primo infundunt et nō habent actiones suas deinceps a virtute formatiua. sed ab ipsa anima. ¶ Anima q̄z primas duas potencias. sciz vegetabilem et sensibilem exercet tantūmodo in corpore. terciā vero habet eā exuta a corpore Anima vegetabilis et sensibilis nō debent dicā in homine anime sed potencie. Nec anima vegetabilis dicenda est anima in sensibili sed potēcia Anima aūt vegetabilis in vegetabili dicit anima nō potencia.

¶ De potencijs anime vegetabilis. Capt. xxxiij.

Anima vegetabilis tres bz vtutes. sc̄z gnatiuaz nutritiāz. augmētatiāz. Prima est ad cōseruacōnez spēi Secda ad cōseruacōnez indiuidui Tercia ad cōseruacōnez subiecti.

Virtuti autē nutritiue quatuor deseruiunt · scz vtus actractiua que assimit necessaria in nutrimē to · Item digestiua que separat cōueniens ab inconenienti in ali mento Item retentiua que cibum tamdiu retinet in vno loco do nec debitam ꝓ̄apiat alteracōnez Item expulsiua que expellit qđ ſupfluū est in nutrimento Sed ante has omnes est appetitiua ·

¶ De potencijs apprehensiuis anime sensibilis Ca·xxxiiij·

ANima sensibilis duplicē habet potenciaz · scilicet apprehensiuā et motiuā Apprehensiua diuidit in appre hensiuā deforis et apprehensiuaz deintus · Vires apprehensiue de foris sunt quinq; sensus pticula res siue exteriores · scz visus · au ditus · gustus · odorat? ⁊ tact? Vires aūt apprehensiue deintus sunt quinq; potencie interiores a nime sensibilis que sunt sensus cōmunis · imaginatio · estimatio fantasia · memoria · Tradunt pe ripatetiā omēs istas vires orga nicas esse · et ꝓ instrūmenta cor poralia suas operacōnes ꝓficiūt eo ꝙ sunt circa pticularia tantū · Omnis em̄ forma pticularis in materia aliqua est · quoniaz for ma sine oi materia acepta vniu salis est circa quaz operatur intel lect? Ista facile est videre in sen sibus pticularibus · quoniaz illi non apprehendunt nisi ꝓ rei sensi bilis presentiā · ¶ De virtutib? autem interioribus que sunt ima gmatio · estimatio · fantasia idez est · quoniā in illis omnibus est apprehensio forme singularis se cunduz situm partium eius et li niamenta et quantitatē · ¶ Oēs iste potencie passiue sunt et pati ūtur a formis et indiuiduis que sunt principia cognitionis sensi bilis ¶ Sciendum preterea ꝙ nulla potencia apprehensiua sen sibilis retinet id qđ apprehendit immo qđ vna apprehendit alia retinet · ¶ Notandum eciam ꝙ alia est virtus que bene tenet et alia que bene ꝛapit Illa que bñ tenet pficitur sicco et frigido · sed illa que bñ ꝛapit pficit humido

¶ De sensibus pticularibus · Capl' · xxxv ·

SEnsus pticularis in qñ q; diuiditur · scz visum auditum · gustum · odo ratum et tactum qui in multis cō ueniunt et in multis differunt · ¶ Conueniunt enim quinq; sen sus in hoc ꝙ sunt vires passiue · Sentimus enī intra suscipiētes non extra mittētes Sensibile po situm supra sensum non sentitur Omnes sensus sunt ꝓceptibiles singularium non vniuersaliū · Ad quēlibet sensum extendunt nerui duplices · vnus ad sentien duz et alter ad motū voluntariū In omni sensu oportet esse ꝓpor tionem sensibilis ad sensum · qz in medijs delectantur ⁊ in extre mis cornūpuntur · Ad sentiendū

aliquid oportet esse obiectum p̄sens et mediū deferens et organum sanū atq; cōueniens et aie intencō actuat Omnes sensus vnā hñt originez · sciz sensum cōmunem a quo velut a centro q̄si linee quedā exeunt Differūt eāā sensus pticulares in multis Nam quilibet hz spēale instrumentum Differūt in medio deferente qz tactus et gustus habēt mediū intrinsecū · alij extrīsecuz Differt apprehendēdi velocitate qz visus ātissime eāā remota apprehendit Differunt situ · qz visus est supremus · post auditus deinde alij sēdm ordinē Differt vtilitate · qz gustus et tactus maxie sunt necessarij ad cōseruacōnem indiuidui et eāam speciei Gustus enī discernit ābuz quo seruat aial a noāuo · et tactus discernit sua obiecta · sicut tali dū frigidū et huiusmodi vt ani mal declinet extrema taliū quali tatum ne corrupcōnem incurrat Differūt gnalitate · qz tact? generalior est cum nō bēat organū determinatū sed in oib? mēbris sit · differūt ipressionū retencōne Sensus enī grossiores fortiꝰ retinēt suas impressiones sicut pz in tactu Nota q videm? visu et oculo sed differenť · Nā visu videm? effectiue siue formaliter sed oculo videm? instrumētaliť Eodē mō dicendū est de auditu gustu ceterisq; sensib? Aima alienat a sensib? tripliciť · Primo in somno · sed in extasi magis · in morte vero maxime ·

¶ De sensu cōmuni Ca · xxxvi

Sensus cōmunis est potencia q̄ oim sensuuz pticularium obiecta apprehendit Omnes enī sensus exteriores a sensu interiori cōmuni velut a centro pticulariter exeunt · et sensatorū suorū similitudines ad sensū cōmunē reducunt · quo mediāte de singulorū ꝓpetatib? iudicāt et discernūt Vñ sciendū q; sensus cōmunis est fons ex q̄ omis sensus oriť · et ad quē ois motus sensuū referť sic ad vltimū finem · hec potencia quedam hz inquantū sensus est · et quedā inquantū cōmunis est · Inq̄tū enī sensus est habet recipe rerum species sine materia et tamē presente materia Inquātum aūt cōmunis est habet duo quorū vnū est iudiciū sensibiliť · p quod nos apprehendim? nos videre q̄ videm? · et audiē q̄ audim? ac cijs Si enī hoc iudiciū nō esset in aia lib? nō satis esset vtile audire et videre · et sēdm alios sensus apphendere · Sēdm est comparare plura sensata dicendo vnum esse dulce · et aliud esse dulā? · et hoc ideo sensus cōmunis habet · qz ad ipsum referuntur omniū ꝓpriorum sensuū sensata · Hec virtus in anteriori parte cerebri ponitur in loco vbi cōcurrunt nerui sensatiui quinq; sēsuū qui loc? medullosus est et humidus ·

De imaginatione Capitulū xxxvij.

VIrtus imaginatiua est potencia apprehensiua. in qua imagines rerum sensibilium reseruant. Hec vtus plus abstrahit q̄z sens?. quoniā sensus nō acāpit formā nisi p̄sente re. Ista aūt reseruat formā etiā re absente. In hoc eciaz imaḡiātio differt a sensu cōmuni q̄ ꝑ̄cia rei exteriorꝭ indiget sicut sensus ꝑticularis. Ista vtus thezaurus formarū vocatur. q̄m in ea sicut dictum est fōrme a ꝑticularibus sensibus receꝑte retinentur. Hec potencia ordinat in anteriori parte cerebri sicut et sensus cōmunis. sed post illū locum vbi sensus cōmunis ponit et ibi maior est duricies ex frigiditate cerebri ꝓueniens. vbi et imaginatiā retinet impressiones a sensu cōmuni receꝑtas.

De estimatiua Ca. xxxviij.

Estimatiua vtus ē que a forma acquisita intencōes eliāt que sensu nō ꝑcipiunt. sed m quā ouis fugit lupū et lupus miseret nato suo. hoc aūt nō posset fieri nisi lupus haberet cognicōnem huiꝰ indiuiduꝰ. et hoc indiuiduū est natus eius. Sicut et ouis apprehendit lupum sibi noc̄uū. Ista vero nō possunt sciri ꝑ sensum. Estimatiua virtus differt ab imaginacōne. q̄m imaginatio solūmodo retinet formas apprehensas per sensum cōmunez. et ad imaginationem solam nō sequitur affectus misericordie vel tristicie vel fuga vel insecutio. Ad estimacōnem aūt statim sequit q̄libet istorum. Vnde sicut intellectus practicus se habet ad speculatiuum. ita se habet estimatiua ad imaginatiuam. et ꝓpter hoc estimatiua nō penitus apprehensiā est. sed eciaz motiua. ꝓpter hoc q̄ determinat ad quid moueri debeat animal et a quo fugere. Cū enim animal mouetur ad cibum oportet imaginacōnem ibi esse in animali. Sed imaginatio non mouet. immo apprehendit solum. Oportet igitur animalia habere estimacōnem qua moueantur. Officium igit estimatiue est apprehendere intencōnes nō quidem racōnis sed nature. Vnde nō apprehendit quid sit silogismus vel nomen aut verbum sed amicitiam vel inimicitiam. cōmodum vel incōmodum sicut dictum est. Hec virtus in prima ꝑte medie cellule cerebri ponitur q̄ calida ē ex motu multi spūs ad ipsam.

De fantasia Capt. xxxix.

Fantasia est potencia cōponens imagines cum imaginib?. et imagines cum intencōnibus. et intencōes cum intencōnib?. Cōponit māz fantasia imagines cū imaginib? vt est apprehendē aliq̄d esse albū et magnū. vel diuisas formas cō

ponere a fingere chimeras Componit eãz imagines cũ intentionibus vt cum apprehendit ouis formã lupinam esse fugiendam Componit q̃z intenc̃ones cũ intẽtionibus vt patet in oue que apprehendit nato suo esse p̃lenda vbera et alienum repellendum · ¶ Per fantasiam est maior cogmtio que p̃t brĩ in aia sensibili · p hanc enĩ nõ solũ scit p̃nãa sed eãã sibi p̃uidet in futurũ · p hãc enĩ quedaz animalia faciunt sibi gasaz · et de alio sibi p̃uident in longinquũ · p hanc etiam de illo scit q̃ sit itẽ · et de alio q̃ sit alĩd et sic de omni eo de quo scientia p̃fertur p modũz affirmac̃onis et negac̃onis · p hanc q̃z videm? animalia aliq̃d eligere et aliq̃d refutare · Ad electionem autem et refutationem p̃exigitur sciencãa et discrec̃o Ideo multi dixeruut q̃ fantasia esset aliq̃d racionis Sed dicimus nõ esse veram electionem anime sensibilis sed aliq̃d simile · hoc a vulgo vocat̃ in homine cogitatiua · cum tamẽ p̃prie sit cogitare racõnis ¶ Fantasia operatur in somno sicut in vigilia · q̃ autẽ in somnis res videntur esse p̃sentes hoc est ideo q̃ fit reuersio ad sensum cõmunem ¶ Ista potencãa q̃n̄ diuncta est racõni sicut est in homine tunc accipit agendi et opandi regimen a rõne Sed q̃ diuersificat̃ sc̃dm diuersitatem eorũ de quib? ratio ãnatio fit · ideo opac̃ones fantasie multiplicãtur in homine valde Vbi aũt fantasia nõ est cũ rõne put est in brutis tunc regitur solum sc̃dm instinctuz nature · q̃ natura vno modo est in habẽtib? speciem vnã · ideo cõceptio fantasie opatur in talibus vno modo Inde est q̃ ois irundo facit vno modo nidum suuz · ¶ Dixerunt quidam pbi · q̃ iste virtutes in brutis poc̃us agunt q̃z agant a natura · sed in hoie poc̃us agunt q̃z agant̃ · quia bruta mouent̃ sc̃dm impetum et sc̃dm impulsũ appetitus naturalis · motus aũt humani regulantur secundum regimen racõnis ¶ Notandum q̃ melancolici infirmi et amantes habẽt multas fantasias · sed hoc non est ex illustrac̃one que fit p imagines rerum sensibilium · sed ex passionibus nature et cõfusione spirituuz ascendẽtiuz ad cerebrum et caput turbantium · Tales enĩ spiritus diuersarum imaginum inuolutiones faciunt · et generant horribiles visiones et concepc̃ones ¶ Sciendũ p̃terea q̃ bruta ãtius p̃cipiunt influxiones p̃mi motoris q̃z hoies · sicut patet in formica que q̃n̄ abũ colligit infra tres dies non pluit · et gallus cantũ suũ p tpe variat · q̃ mutac̃onem aure ex influxione primi motoris p̃sentiunt · Huiusmodi dicti hec est rõ · q̃n̄ hoies multũ occupant̃ circa conc̃epc̃ones suas cõferẽdo et cõponẽdo ac diuidẽdo q̃re et influxiões

primi motoris nō ꝓpiunt sicut bruta que nō sic occupantur in suis cōceptionibus nec secūdum illas operantur sed tantūmodo secm instinctū nature Ista vis scz fantasia plerumqz impedit intellectū eo ꝙ nimis occupat aiam cōpositione et diuisione imaginū nō solum acceptarū a sensibus sed eāā fictarum. Maxime aūt impedit intellectū qñ aliqd de celestib? et diuinis ei impōnit et hoc est ideo. quia cōceptiones intellectus vt frequēter nō sunt similes eimaginib? et fictiomb? fantasie Fantasia ponit in medio medie cellule cerebri tamqm centrū inter imaginatiuam et memoratiuā. quia fantasia cōuertit se tam sup formas quas acápit imaginatiua ꝙ sensum qm super intencōnes quas reseruat memoria. et tunc illas formas et intentiones diuidit ac componit.

De memoria. Capt. xl.

Memoria est repositoriū preteritorum. Reseruat enī memoria intencōnes ꝙ estimationem a figuris rerum elatas Anima ꝙ memoriam mediantibus rebus sensibilibus redit i ipsas res sensibiles que sūt extra ipsam. ꝓpterea oportet actum memorie duas pcedere opacōnes. quarum vna est hoc esse receptū et hec est opatio sensus cōmunis. et in hoc memoria ináit. Secunda est hoc esse conseruatum apud nos qđ fit ꝙ imaginatiuam. oportet eāam ꝙ ante memoriam quedam virtus operetur que ex figuris rerum dicat rerum intencōnes singulares In hoc autem differt imaginatio et memoria ꝙ ista conseruat spēs rerum. hec conseruat intencōnes speāerum. Sciendum quoqz ꝙ memoria differt a reminiscentia. quia memoria discrete et distincte reuertit ad res componēdo intencōnes distinctas cū imaginibus. Reminiscentia autem siue recordatio est motus quasi interceptus et abscisus ꝙ obliuionem. et est cum collacōne temporis et loā et huiusmodi. Reminiscentie enim motus non est vniformis. sed causatur ex pluribus prinápijs árcumstantibus illud cuius ꝓpe est reminiscibilitas cum sit prinápium multorū prius memoratorum. Cum eñ per memoriam fiat rerum apprehensio oportet ꝙ eedem res pus fuerint in se vel alijs sensibus cognite. Patet ꝙ si quis rem totaliter est oblitus. non potest per memoriam recordari se esse obliuz. sed si oblitus est in pte tunc ꝙ illud qđ remansit potest reminisci se quandoqz sciuisse. vel per collacōnem reminiscentie potest eāz ad id quod oblitus fueāt redire cum eius adiutorio qđ remansit memorie. Alia ē eāam differentia inter memoriā et reminiscentiam. quia memoriam multa ꝓpiunt animalia.

sed reminiscentia solius est hois. qz reminiscētia est quedā inuestigatio que fine ordinacōne racōnis non est ac fine deliberacōne p que antecedens ordinat ad cōsequens. Hane cū quis reminisci voluerit ea que nō eo modo quo p sensum sed p intellectū apprehendit hoc non fit p memoriam. qz talia memoria non serūat sed intellectus conuertit se fuper ea que habet apud se. et ea reducit ad actum que habet in habitu. Iste aūt habitus manet actualiter apud intellectū possibilem. qui est locus specierū vniuersaliū Vnde et vniuersalia p̄us speculata remanent apud ipsū tamq̄z in loco fue generacōnis etiam qn̄ actu illa non consideret Intellectus aūt possibil ad has species quas sic habet apud se cōuertit vel ab eis auertitur qn̄ voluerit.

¶ Vltimo notandū q̄ memoria ponit in posteriori parte cerebri q̄ locus est siccus ꝓpter neruos motiuos qui oriuntur ex ipso.

De sensibili motiua Ca. xli.

Sequitur de sensibili motiua. hec mouz qñq̄z spiritualiter quandoq̄z corporaliter. Primo modo dicitur appetitiua. et diuiditur in concupiscibilem et irascibilem p quas appetit anima bonū vel insurgit contra malum. Ab his vero duobus sciliez cōcupiscibili et irascibili oriunt quatuor affectōnes scilicet gaudium. spes. timor et dolor Nam si presens est qđ concupiscim? gaudem? Si absens est speram? Similiter si p̄s est de quo irascimur dolemus Si absens est timemus Sensualitas eā vis est anime sensibilis motiue et ad idem mouet ad qđ concupiscibilis et irascibil. Sensualitas em̄ semper appetit que delectabilia sūt corpori ac noxia refugit. Differt tamen sensualitas a concupiscibili et irascibili quia sensualitas magis cōiungitur corpori. et sicut in brutis ita. et in homine nulla lege stringit qñ semp in appetitus rerū ad corpus ptinentiū moueat Bz cōcupiscibil et irascibil cōiungūtur rōni et ꝓut sūt in hoie refrenant rōne et regūt virtutib? q̄ in ipis fundāt. est em̄ tpancia in cōcupiscibili et fortitudo in irascibili et sic de alijs. ¶ Hāendū q̄ vis motiua sensibil mouēs corpalit sic diuidit in vtutem nālem et vitalem et animalē. Quarū prima situm hz in epate. scda in corde. tercia in capite vt in pximo pria pio. tamē p̄mū principiū est cor Virtus em̄ nālis est motiua humorū. vitalis est motiua pulsuū aialis ē motiua mēbrorū. Dicit? ergo q̄ vtus nālis est motiā humorū mediātibus arterijs q̄ radicant in epate scdm galienū. sed scdm Aref. radicant in corde. et hoc p spūs nālez Est āt spūs nāl sbā subtil et aerea ex ebulitione sāguis i epate vi caloris gnata

hic sanguinē ad singula mēbra impellit ex quo corpus vegetat Virtus vitalis est motiua pul suum mediantib? arterijs que ra dicant in corde Spiritus aūt vi talis est idem qui et naturalis · dico idez in substancia sed diffe rēs vtute · hic p arterias ad mē bra corpis se diffundens viuifi cat ipsum corpus tamq̄z instru mentum ¶ Virtus animalis est motiua membrorū mediantib? neruis qui radicant in capite · et hoc p spiritū animalem · est aūt spiritus aialis idem q̄ naturalis et vitalis Sed aialis dicat cum ad cerebrū deuenerit · hic ceteris subtilior per neruos ad organa sentiendi dirigit vt sensus a mo tus sedm locum exinde generet in corpore animalis ¶ Circa vi res istas demq̄ sciendum est q̄ cum vtutes animales intēdunt tunc naturales remittunt · ppter hoc in hoie dedito studio vel me ditacōmbus minus opat virt? nutritiua et generatiā et augmē tatiua · Ex quo patet q̄ cōcupis centia carnis domatur in viro stu dioso Vnde ait Dieronim? · Ama scientiam scripturaruz et carnis vicia non amabis · Preterea q̄ virtutes animales remittuntur · naturales intendūtur · sicut patz in somno q̄ describitur esse quies virtutum animalium · cum inten sione naturalium ·

¶ De potentia anime racōnalis Capl̄ · xlij ·

Tria sunt in aīma vt ait philosophus · scilicz po tencie · habitus · et passi ones · et potencie quidem sunt in nate · habitus autē sunt acquisiti vel infusi · passiones vero sunt il late vel innate · habitus eñ sunt acquisiti vt patet in scientia et virtute politica Nam ex frequēti studio acquirit homo scientiam et ex frequenti bene agere fit hō bonus bonitate virtutis politice Sunt et habitus quandoq̄ non per acquisicōnem sed per infusio nem · sicut scientia fuit infusa sa lomoni · et virtutes theologice cō feruntur quotidie puulis in bap tismo et eciaz penitentibus in ius tificatione · et ex actibus non ge nerantur tales habitus · sed po cius econuerso ex talibus habi tibus eliciūtur boni actus ex po tencijs · Vnde in habitib? acqui sitis sequitur Quales sunt act? tales sunt et habitus · sed in ha bitibus infusis est cōtrarium scz quales sunt habitus · tales sunt et actus · Est tamen verum q̄ habitus acquisiti sicut generan tur per actus ita et generantur per actiones sed nō meritorias inquātum tales · passiones autē sunt illate ab extrinseco · Vocat autez philosophus passiones ip sas receptōnes obiectorum Su mūtur et aliter passiones vt dicā tur affectōnes · sicut sunt timor dolor · spes · et gaudium ·

¶ De diuisione potentiarum · Capt̃ · xliij ·

Nunc ad diuisionem potenciarum anime accedamus · phūs igitur diuidit primapaliter anime potẽcias in cognitiuam et motiuam quas theologus appellat intellectū et affectum Ipsum aūt affectum intelligit voluntatem · potencia etem̃ aie tunc dicit intellectus dum est apprehensiua · et dicitur voluntas cū est motiua Itẽ quedā sunt vires aie sepate a corpe vt velle et intelligẽ scdm quas anima nō vtitur corpe · sed vtit vtente corpe · scz fantasia que sic se habet ad intellectū sicut color ad visum vt ait phūs Quedam vero sunt vires inseparabiles a corpe vt vegetabiles et sensibiles et quātū ad essencā et quātū ad opacōez Sed in hoie sepant iste vires a corpore quantuz ad essencām licet anima opacōnes earum exercere non possit extra corpus In brutis vero simplicit̃ pereunt quantum ad vtrumq; ·

¶ Item anima potẽcias quasdā hz cōmunes cū brutis · vt ẽ sensualitas · sensus pticularis · sensus cōmunis · imagiātio · estimatio · memoria Quasdā aūt hz nō cōmunes cū illis vt est rō et intellect? et huiusmodi Itẽ anima vires habet quasdam quo ad se vt est racō · voluntas · liberuz arbitrium Quasdam habet quib? corpori pmiscetur vt est vis naturalis · vitalis et aialis de qb? dictum est supr̃ · ¶ Ex iam dictis patet q; potencie quedā sunt organice quedam non · ¶ Ex p̃dictis colligo q; anima racional omnes potẽcias habet anime vegetabilis et sensibilis · sed non inquantum rationalis · verum in quantū racōnalis addit intellectum et liberum arbitriū et huiusmodi · et hoc est qd̃ dicit Greg?. Omnis inquit creature aliquid habet homo · habet namq; homo cōmune esse cum lapidibus · viuere cum arboribus · sentire cum animalibus · intelligẽ cū angel? Quicquid em̃ virtutis aut nobilitatis habent nature inferiores habent et superiores · sed perfectiori modo Et qd̃ possunt inferiores possunt superiores nobiliori et perfectiori modo · ppter hoc manifestum est q; omnes vires quibus cōmunicamus cū brutis differūnt in specie prout sunt in nobis et in brutis ·

¶ De potencijs cognitiuis · Capt̃ · xliiij ·

Quatuor assignant differentie virtutis intellectiue · Prima assignatur scdm differentiaz nature Et sic diuidit intellect? in agentem et possibilez Sed dā dat scdm drāz subiecti sic diuiditur intellect? in speculatiuum et practicum · Terćia assignatur scdm differētiaz dignitatis · sic diuidit ratio in ptem superiorem et inferiorez

Quarta datur differentia scdm q compat ad actuz Et sic diui dit intellectus in habitū vel in actū In habitū quidez cū potest intelligere qñ vult In actū vero cū actualiter ad itelligibile se cōuertit Differētia vero intellect? m effectu et eius q̄ dicit adept? sumit scdm maiorem et minorez pfectionē ipsius intellect? possibilis . Cum enim intellect? possibilis reapit species cū lumine intellect? agentis tunc dicit intellect? in effectu et eā in habitu Sed cum idē intellectus reapit pfecte lumen intellect? agentis scdm formalez cōiunctionē tūc vocat intellect? adeptus . vel cū intellect? illustrat multitudine scibiliū specierū tunc vocat intellectus adeptus . Vñ pz q̄ intellectus in effectu et adeptus nō differunt re sed tm̄ rōne ¶ Diligenter aūt notanduz est q̄ oēs differētie intellectuū iā p̄dictorū sumunt vel scdm habituz vel scdm actum vel modū intelligēdi . et nulla sumit scdm diuisiōz potenē cognitiue nisi prima tm̄ scdm quā diuidit intellectus in agentē et possibilem .

¶ De mō cognoscēdi . ca . xlv .

RES cognoscit aliter deꝰ alit angelus . alit homo Ipse q̄ homo aliter per intellectū deū cognoscit et aliter creatuās Intellectus em̄ diuin? cognoscit res i seipso Intellect? aūt angeli cognoscit res p spēs sibi concreatas que sunt similitudo rei . Sed intellectus buānus cognoscit res p speies abstractas a rebus pticularib? p sens? prius cognitis Vnde sciendū q̄ sicut sensus cognoscit res p̄nte obiecto . et sicut imaginatio cognoscit rs absente obiecto . et tm̄ cū appendicijs materie . ita intellect? cognoscit sine appendicijs materie sub intencōne vniuersali Anima igit p intellectum aliq̄liter attingit oia Cognoscit em̄ deū sup̄ se . et se in se . et angelos iuxta se . et quicq̄d ambitu celi cōtinet infra se . ¶ Quis sit autē modus cognoscēdi deū nota q̄ intellect? buānus nō cognoscit deū p abstractionem sicut alias res . et hoc ideo est . qz similitudo abstracta simplicioz ē illo a quo fit abstractio . deo aūt nihil ē simplicius Alia rō est . qz in abstractione oz esse pticulare et vniuersale . pticulare qmitem a quo fiat abstractio . vniuersale aūt scz ipsum abstractuz Oz nihil horū cadit in deū Cognoscit igit deus sic naturali cognicōne qz intellectus possibil informat? lumie intellectūs agentis qd̄ est filitudo p̄me lucis in hoc luie cognoscit lumen p̄mū qd̄ est deꝰ . Sciendū p̄terea q̄ p sensū cognoscim? pticularia . sed p intellectum vlia et qñ se intellectūs cōuertit ad pticulare vt ipm̄ apprehendat tunc similitudo abstracta a pticulari erit vniuersalis . et nō pticularis

Item nihil venit in intellectum ñ
p sensum · et hoc fit dnob? mod
vel simpliciter vel per accidens ·
Simpliciter quidez · vt cum intel
ligimus sensibilia prius p sensū
apprehensa · Per accidens autem
vt quādo intelligimus sensibilia
p effectum · ¶ Notandum ecia
est q aliud est rem p cognicōem
in intellectū venire · et aliud est
in re iam intellecta versari · quia
rerum cognitio p sensum venit in
intellectū sicut dictū est · Sed
cum intellect? rem iam apprehē
dit tunc delectatur et negociat
in illa sine tui sensus adminiculo
¶ Ad intelligendum ista plen?
nota vtrumq; verū esse sciz q p
ticularia cognoscuntur vniuer
salia et econuerso per vniuersalia
particularia Istud sic patet · q
duplex est vniuersale · vnū sciz
put est abstractum et aliud cō
fusum · videlicet secm q est in p
ticulari · Diam? ergo q ad cog
nicōnez vniuersalis abstracti ve
nimus per particularia sicut patet
in pueris in quibus prius opat
sensitiua q3 intellectiua · q2 prius
cognoscunt particularia p sensus
et postea vniūsalia p intellectū
Sic eciaz phi inuenerūt modū
argumentandi p inductionem ·
qui ex multis ꝑpositionibus pti
cularibus vnam vniuersalem cō
cluserunt hoc modo Sortes est
animal · plato est animal · cicero
est animal · ergo omis homo est
animal Et econuerso est in vni
uersali confuso · quoniaz per tale
vniuersale venimus in cognitio
nez pticularium · sicut patz cum
videmus hominē a remotis · tunc
enī non cognoscitur nisi substan
tia corporea · sed postea p motū
cernit esse animal · dum vero ma
gis appropinquat cernit esse lō
tandem cognoscitur esse petrus ·
¶ Nota secm phm · q plura sci
re possumus sed vnū solum intel
ligere · quoniā scire dicit habitū
p quez plura scimus · intelligere
autem dicit actum qui nō potest
esse in intellectu duplicatus · In
tellectus enī ad vnū solum se po
test actualiter cōuertere Ex hoc
patet q quando quis agit duos
actus rationis simul vno tempe
vnus erit intellectus et alī? me
morie siue consuetudinis · verbi
gracia · aliquis dicit horas et cū
hoc querit in libro cōcordantias
vel nūerat denarios · vnū illoruz
scilicet querere cōcordantias est
actus intellectus · sed aliud sez
dicere horas est actus memorie.
sicut eciaz animal brutum sine re
gimine intellectus vadit ad do
mū ad quam sepe iuit · ¶ Item
nota q ad intelligentiam rei nō
requiritur p̄scientia rei intelligi
bilis sed presentia similitudinis
eius tantū · q2 res nō cognoscit
p essenciam sed per similitudinē
Et inde est q intellectus appre
hendit remota sicut ꝑpinqua ·
¶ De intellectū agente et possi
bili · Capl̄ · xlvi ·

Nunc de intellectu agente ⁊ possibili specialiter est dicendū. Intellect⁹ igitur agens est q̄ abstrahit species ab imaginatione siue fantasia ⁊ sua irradiacōe facit vniuersales ac ponit eas in intellectu possibili. Nam sicut ad visum corporalem exigitur lux abstrahens⁹ intentiones colorū id est similitudines a colorato ⁊ ponit eas in aere non quidē secūdū essentiā ꝫ secundū intencōnem id est similitudinē. Sic intellectus⁹ agens⁹ qui est lux anime ponit species⁹ abstractas⁹ a fantasia i intellectu possibili non quidem actualiter ꝫ secundū intentionē. Quare autē inter imaginacōnem ⁊ intellectū possibilez sit potentia media que abstrahat scz intellectus agēs sed inter sensum cōmunem ⁊ imaginationem non sit potentia media que abstrahat. hec est ratio. quia sensus cōmunis ⁊ imaginatio sunt eiusdez speciei scilicet sensibilis. Sed imaginatio ⁊ intellectus possibilis nō sunt potentie eiusdem speciei. qm̄ altera est potētia anime sensibilis. altera anime rationalis⁹. Intellect⁹ possibilis dicit⁹ qui potest recipere tales species ꝫ nondum suscepit eas. cuius exemplū est tabula nuda nullam habens⁹ picturam. potens autē habere quancunq; Sane cum intellectus⁹ possibilis⁹ tales species⁹ receperit. tunc sicut habes supra vocat⁹ intellectus in effectu vel in habitu. Cuz vero illustratur multitudine specierū scibiliū tunc est intellectus adeptus. Qualiter autem iste species remaneāt in intellectu possibili. vel q̄liter ad eas fiat ꝑ remiscentiā reuersio habes supra de memoria. Porro intellectus agēs ⁊ possibilis differunt sicut lux ⁊ illuminatum. Item sicut ꝑ faciens ⁊ pfectibile. Item sicut dicit philosophus. Intellectus⁹ agentis est omnia facere. sed itellectus possibilis est omnia fieri.

De intellectu speculatiuo. et practico. Cap̄. xlvij.

Requir⁹ de intellectu speculatiuo ⁊ practico qui ambo in cognitione consistunt. Sed in hoc differūt. ꝙ intellectus speculatiuus cognoscit verum in ratione veri. Practicus autem cognoscit verū in ratione boni. Item speculatius itellectus vocatur cognitio speculatiua. Sed practicus dicitur cognitio affectiua. Itez finis⁹ speculatiui est verum. Finis autē practicī est opus. Item per speculatiuū recte intelligimus. sed ꝑ practicum recte viuimus⁹. Intellectus practicus vocatur operatiuus. quia dicitur a praxis⁹ quod est operatio. Iste intellect⁹ practicus diuiditur in synderesim ⁊ rationem. Ratio autē diuiditur in partem superiorem ⁊ inferiorē. de quibus⁹ per ordinem est dicendum.

¶ De ratione ⁊ ptibꝰ ipsius. Cap̄. xlviij.

RAtio est vis anime non solū cognitiua ꝫ motiua Ratio em̄ cū iudicat aliquid esse bonū vel malū ⁊ ibi sistit. tūc dicit cognitiua. Si aut̄ pcedit ampliꝰ ⁊ iudicat esse bonū vt fiat. sic est motiua. Si vero adhuc vlterius procedit et nō solū iudicat esse bonuz vt fiat sed etiam illud appetit. sic dicitur liberum arbitrium. quoniaz liberū arbitriū cōprehendit rationem ⁊ voluntatē. Ratio se habet ad bonū pticulare. ⁊ diuidit in partem superiorem ⁊ inferiorem Superior pars diuinis ⁊ eternis intendit. Inferior autē de transitorijs iudicat ⁊ ea disponit. Itē superior pars acapit rationes ꝑ leges diuinas. vt hoc est faciendum quia deus precipit Pars ät inferior acapit rationes ꝑ leges humanas vt hoc est faciendū qz honestū est. vel qm̄ expedit rei publice. Itē superior pars rationis dicitur vir. que licet ad contemplationē eternorū se extēdat differt tn̄ ab intellectiua. quoniam intellectiua negociatur in eternis ꝑ modū intuitionis. ratio autē non sic. ꝫ conferendo ⁊ ratiocinando Differt etiam ratio alio modo ab intellectu. qm̄ intellectus apprehēdit esse rei absolute. ratio autē cum collacōne vnius ad alterum. Inferior vero pars rationis dicitur mulier. que quia circa res corpales versatur cōiuncta est sensualitati. ⁊ sepe alliciatur ab ea. videt em̄ semp porrigi sibi pomū id est illecebram vicinam.

¶ De potentijs aie motiuis. Capitulū. xlix.

TRiū motiuarum anime rationalis talis est diuisio. Diuidit em̄ vis motiua in imperatiuā ⁊ consiliatricē ⁊ affectiuā. et consiliatricem et affectiuā simul. Vis imperatiua est liberū arbitriū ⁊ synderis Cōsiliatrix est ipsa ratio que diuiditur in partem superiorem ⁊ inferiorem. Vis affectiua est voluntas que diuidit in thelesim ⁊ bulisim. Vis que simul consiliatrix est et affectiua est ipse intellectus practicus.

¶ De voluntate. Capitulū. l.

INter dictas potentias ꝑmo dicēdū ē de volūtate q̄ im̄ motiuas ē ꝑapua cū sit generalis motor oim̄ viriū. Cū em̄ intellectus apprehendit aliquid vt bonum volūtas imperat viribus affixis ipsis organis sicut visui ad videndū. auditui ad audiendū. ⁊ sic de alijs sensibus. Similiter in motu locali volūtas impat virtuti aiali. ⁊ virtuti que est in neruis ⁊ musculis. ⁊ ita mouet ad ambulandum vel currendum. ⁊ ad huiusmodi similia. Dz fallit istud in potētijs

anime vegetabilis in quibus voluntas suū imperiū non exercet. Nutritiua enī ⁊ generatiua ⁊ augmentatiua nō secundū nostrū arbitriū sed naturaliter operant.

¶ Volūtas in duas ptes diuidit̄ tur. scz in thelesim ⁊ bulisim. id est in voluntatē naturalē ⁊ deliberatiuam. quarū prima scz voluntas naturalis dirigitur per synderesim. secunda vero scz deliberatiua per rationem. ¶ Nota q̄ voluntas ꝓprie ⁊ stricte rationabilium est tātūmodo. sed large diāt̄ etiaz esse brutorū. improprie vero ⁊ quasi metaphorice diāt̄ esse vegetabilium. Vnde voluntas primo modo sumpta scz put est rationabilium ꝓprie volūtas diāt̄ur. Secundo modo pro ut volūtas brutorū est vocat ꝓpe tesiderium. Terc̄o modo put est voluntas vegetabiliuz vocat appetitus. ¶ Inter potētias nulla liberior est q̄m voluntas. q̄ nec obligat̄ organo sicut imaginatio estimatio ⁊ huiusmodi. nec cogitur ab obiecto. sicut intellectus cogitur vero. Vires etiā affixe organis immutant̄ necessario immutato organo quibo ombus voluntas caret. Vnde ait augustinus. q̄ nihil adeo in nrā potentia est sicut voluntas. Si autē scire voluer̄ quare volūtas nō cogat̄ bono sicut intellectus vero hec est ratio. quia ⁊tra p̄mū nihil ita bonum est quod non aliquid iperfectionis habeat. Sz aliquid ita verum est q̄ nihil falsitatis habet. vt patet in hac ꝓpositione. Quodlibet totū maius ē sua pte. Vnde tali vero cogitur intellectus assentire. Sed voluntas nulli bono creato cogitur adherere. Item voluntas videtur interdum cogi per inordinatuz appetitum. put voluntas quādo q̄ trahit hominem ⁊ allicit vt bonū spernat incommutabile. ⁊ rebo mutabilibus adhereat. Sed in huiusmodi coactōne etiam libertas quedam est. Vnde Aug⁹. Omne peccatum est adeo voluntarium. quod si non est voluntarium non est peccatum.

¶ De synderesi. li.

Synderesis vis est anime motiua que semp nata est figi in superioribus. naturaliter mouens ⁊ stimulās ad bonum. ac abhorrens malū. ⁊ in istis nunq̄m errat neq; secūdum synderesim est peccare.

¶ Sciendū etiā q̄ synderisis nō extinguit̄ etiam in diabolo ⁊ dānatis. Remanet enī in illis aliq⁹ actus eius. Synderesis autē q̄ntum ad instinctum boni. ⁊ quātum ad displicentiaz mali culpe absolute consideratē extincta est in diabolo ⁊ damnatis. Secundum vero q̄ culpa consideratur in cōparatione ad penā. sic non est extincta in illis synderisis. Et in hūc modū remanet eis ad penā. Isa. Vermis eoruz nō morietur ⁊c̄. Dabēt igit̄ displicētiā

mali in collatione ad penam.

¶ De conscientia. Cap. liij.

Hoc nomen cōscientia cō ponitur ab hac prepositione con a hoc nomine scientia. Vñ conscientia dicit duo scilicet scientiā. a secundū hoc conscientia est habitꝰ naturalis nō solum cognitiuusꝰ. sed etiam motiuus. Inclinat enī animā ad psecutionem boni a fugam mali. Alio modo conscientia dicit acceptionem ex parte rationis quod notatur in hac prepositione con Primo igitꝫ modo put scz cōscientia includit scientiam in se habz se sicut superius a cōiungitur syntereſi. a semp est recta Secūdo modo iungitꝫ magis rationi. a sic habet se sicut inferius hoc modo incapit errorē a cōturbationē. In conscientia enī ex parte inferiori bene potest accidere error Nam ratio cui cōscientia ex pte inferiori iungitur habet versari circa particularia in quibus sepe cōtingit errare. Sicut patet i syllogismo cōscientie. in quo syndereſis ponit maiorem sic. Nullū malum est faciendū. Ratio assumit minorē. scz hoc est malum. sed conscientia concludit. ergo non est faciendum. Circa primā non est error. circa secundā qnq; est error. a ex hoc est falsitas in cōclusione. ¶ Cauēda ē cōscientia nimis larga. a etiā nimis stricta Nam prima generat presumptionē. secunda desperationem. Item prima sepe dicit malū bonū. Secunda econuerso bonū malū. Item prima sepe saluat damnandū. secunda econuerso damnat saluandum. ¶ Nota aliud est cōscientia. aliud timor conscientie. Tūc enī est cōscientia qn quis sententialiter iudicat aliquid esse faciendum vel vitandum. ita talē cōscientiā facere. etiaz si sit erronea peccatum est. Sz contra timorē conscientie facere nō semper peccatum est. quia talis timor non est semper ex diffinitiua sententia rationis p quā iudicet se teneri ad aliquid. Sz ex eo q; vacillat inter dubia nesciens quid sit meliuꝰ. vel ad quid teneatur potius cū tñ nō omitteret q̄cq̄d sciret esse placitū diuine voluntati. ¶ De scientia quoq; sciendum q; qnq; respicit preteritum. qnq; presens. qnq; futurū. Nam conscientia accusat de pterito. remurmurat de presenti. a precauet de futuro. Preterita nanq; respicit vt qn conscientia mentem de hoc quod sibi cōscia est reprehendit sicut est de malo omisso vel bono omisso. Presentia etiam respicit cōtradicendo ei cuius per conscientiam habuimuſ oppositū. Futura q; respicit. vt qn instruit a stimulat mentē ad ea facienda vel vitāda ad que ipsa conscientia iudicat nos teneri. ¶ Qd autem cōscientia se extendat vt dictū ē tam ad facta q̄m ad faciēda potest colligi ex diffinitionibus cō

¶ De duracōne penitentie sciendum q exteriorem non oportet esse perpetuam. sed circa interiorem distinguitur. Est enim interior secundum habituz a hec debet esse perpetua. Alia est secundum actum. a hanc nō oportet esse perpetuam. Semper enim tenetur quis ad interiorem penitentiam habitualem qua vellet nō peccasse. a vult de cetero non peccare. sed ad exteriorem penitentiam nō semp tenetur ¶ Preterea alius est dolor rationalis qui est peccati detestatio. alius est sensibilis qui est passio. a primus dolor semper debet esse in penitētia. secundus non est de necessitate. Item quāuis homo nunq̄z sit certus de peccati remissione. tamen ppter hoc non oportet esse penitētiam exteriorem perpetuam. q non exigitur in talibus certitudo scientie. sed sufficit certitudo dicature probabilis. vt est quando facit homo probabiliter quod erat ex parte sua dolendo. confitendo. satisfaciendo. cauendo ¶ Cū in omni sacramēto noue legis sit aliqua materia visibilis elementi que sit signum et causa gratie. oportet etiam in sacramēto penitētie esse. sed tunc materia sensibilis large acāpitur pro omni re. siue res illa sit exterior substātia siue actio humana. Vnde secundū hoc in penitētia ppt est sacra

mentum sunt res ⁊ verba Verba quippe fiit in confessione ⁊ absolutione · res autem ipsa actio humana ¶ Ad intelligendum ista plenius nota q; sicut in medicinis corporalibus quedam consistūt in sola passione curati · vt est sectio vulneris · quedaz vero in actione eiusdem · vt est exercitatio corporis Ita in sacramentis quedam consistunt in passione eius qui sanctificatur · ⁊ non in actione nisi per accidēs · vt baptism⁹ · cōfirmatio · eucaristia · extrema vnctio · ordo · Quedam vero cōsistunt essentialiter in actu ipsius qui sanctificatur · vt alia duo sacramenta · scilicet penitētia ⁊ matrimonium · In primis ergo que sine actu nostro operātur requiritur exterior materia que significata causat rem sacramenti · In alijs vero ipse act⁹ noster est p materia sensibili · Ex predictis patere potest q; quoddam ē hic sacramentum tantum vt actus penitentis exterior · Quoddam est res tantum · vt remissio peccatorum · quoddam est res ⁊ sacramentum · vt contritio tantum ·

¶ De qualitate penitentie · Capitulum decimūnonum ·

Sit penitentia quedam vera · Augustinus · Penitentia vera est penitēda nō committere · ⁊ commissa deflere · Quedam est falsa · Ysido · Irrisor est et nō penitens q; adhuc agit quod penitz · Quedam est coacta · ps̄ · Conuersus sum in erumna mea dū · Quedaz est sera · Augustinus · Si tunc peniteſ quando peccare non poteſ · peccata te dimittunt · nō tu illa · Quedam est iniqua · Matth · Judas penitētia ductus est ⁊c · Quedā est desperata · Sap̄ · Pre angustia spiritus dicentes intra se penitentiam agentes · Quedā est sācta ⁊ meritoria · Bernardus O felix premiuz humilitatis · o bona spes confitentium · q̄m facile vincis inuincibilē · q̄m ato tremebundum iudicem conuertis in piissimum patrem ¶ Debet esse penitentia amara · Hiere · Planctū vnigeniti fac tibi · Voluntaria · Dicit aug⁹ · Cum gaudio debet facere immortalis futurus quecū q; faceret pro differenda morte moriturus · Perfecta · Aug⁹ · Nulla penitētia est sera dummodo sit vera · Accelerata · Prouerbia · Ne tardes conuerti ad dīm Dicit Hieronimus · Nauicule hærenti in salo funem potius precide q̄m solue Fortis · Hiero · Per calcatum pge patrem ⁊c · Perseuerans Cātico ꝯ · Laui pedes meos quomō iterum inquinabo illos · Item resurrectō spiritualis debet esse cū xp̄o semper victuro · non cuz lazaro morituro · Penitentia debz esse prompta ⁊ non diu dilata · Primo quia diu expectamur · Vnde Isa · Expectauit vt faceꝫ

q · iñ ·

vuas ⁊ fecisti labruscas. Secū do quia ad magna vocamur. Genesis. Ego ero merces tua magna. Tercio ne ab eternis nuptijs excludamur. sicut factum est fatuis virginib? que se differebāt pparare. Quarto ne ab hostib? ipediamur. sicut filij isrl a pharaone vt nō egrederēt de egipto. Quinto quia relinquere peccatū etiā penis cōpellimur. Gregori? Contemnendus esset hic mūd? etiā si reb? prosperis abūdaret. ac cum tot aduersitatib? animū pulsat. cum tot calamitates ingeminat. quid aliud q̄z q̄ nō amet̄ clamat? Sexto ne blande seducamur. sicut auis per fistulaz aucupis. ⁊ sicut piscis per escā imbamo. ⁊ sicut vrsus per mel. Septimo ne morte preueniam̄. Grego. Nihil certius morte nec. Octauo ne consuetudine teneamur. sicut arbor de facili nō euellitur cum bene radicatur. Iere. Nunquid ethiops potest mutare pellem ⁊c ¶ Ad agendaz penitentiam mouent quatuor de q̄bus Bern?. Nimis durum ē cor qđ non emolliunt beneficia. nec terrent supplicia. nec alliciunt promissa. nec castigant flagella.

¶ Impedimenta penitentie sūt hec pusillanimitas aggrediendi. Tales sūt sicut equus vnbratic? qui a trunco vel vmbra terretur. Pudor confitēdi. sed sicut dicit Aug?. Verecundia magna ps ē penitētie. Job. Qui timet pruinam cadet super eum nix. Dolor satisfaciendi. sed contradicit Ap?. Hoc momentaneum et leue tribulationis pondus ⁊c. Delectatio pecandi. Iero. Temporale est quod delectat. eternū quod cruciat. Spes diu viuēdi. ꝙ dñs dicit q̄ securis iam ad radicem arboris posita est. Desperatio gratiam obtinendi. vtra qđ dicit Ezechiel. Quacunq; hora peccator ingemuerit. Timor reciduandi. Aug? dicit de deo. Quando credidi erexit me. q̄ndo steti tenuit me. q̄n iui duxit me. Exēplū delinquendi. Sed stultus est q̄ vidit aliquem cadentem si nō sit in eodem loco cautior. Consuetudo pecandi. sicut balaam cōsuetus mōstris non curauit q̄ asina loquebatur. Confidentia de dei misericordia ipsum quando penituerit recipiendi. sed hoc est peccare in spem. Grego. Misericordiam dei debem? erubescere si iusticiam eius nolumus formidare.

¶ De effectu penitentie. Capitulum vicesimum.

Per penitentiam absoluitur homo a peccō. restituitur ecclesie. reconciliat xpō. domi? spiritualibus ditat. de filio diaboli filius dei efficit. paradisus aperitur. hec est que angelos letificat. impium iustificat. amissa bona reuocat. penam eternam vitat. Item penitentia

est secūda tabula post naufra
gium ad quam peccator potest re
currere q̄mdiu est in statu presē
tis vite · q̄cunq; & quotiens cūq;
diuinā clementiam voluerit iplo
rare ¶ Duplex est enī naufragi
um · scz peccati originalis & pec
cati actualis · sed de primo libera
mur p tabulaz baptismi · qui vir
tutem et efficaciā a tabula crucis
xp̄i accepit ¶ De secūdo autē
liberamur p tabulā penitētie quā
diuina clementia prouidit homi
quia pro pecō actuali nō potest
iterū baptisari ¶ Nota ergo q̄
a reatu peccati liberamur per gra
tiam · a sequelis autē peccatoruz
p penitētiā & per ptes penitētie ·
a miseria vero per gloriam · Itē
nota qualiter opa mortificata re
uiuiscunt · quia licet verum sit q̄
a priuacōne ad habitū non fit re
gressus invita naturali · nō est ta
men verū in vita morali Nam a
priuatione ad habitū voluntariū
est regressus · scz a morte culpe
ad vitā grē · Vnde dicendū q̄ si
cut peccata actualia transeūt a
actu & remanent merito · Secun
dum autem q̄ manent dicuntur
mortificari & viuificari · bona igit
opera q̄mdiu sunt cōiuncta radi
cī merendi dicunt viuere · quādo
ab illa separant dicuntur mori ·
quando reuertuntur dicuntur vi
uificari · quia redeunt ad statum
siue originis videlicet caritatis · &
quia valent ad maiorem radicati
onem caritatis ·

¶ De partibus penitentie in cō
mum Capitulum vicesimūp̄mū

Partes penitentie integra
les sunt tres · scilicet con
tritio · confessio · satisfa
ctio · Quamuis enim complemē
tum peccati possit esse i actu cor
dis solius vel cordis & oris simul
vel trium simul · tamen ad perfe
ctōnem penitentie exigitur horū
triū aggregatio · licet ad esse sim
plex sufficiat contritio in actu ·
& confessio ac satisfactio in pro
posito · Non enim exigitur i his
que habent esse successiuum q̄ p
tes integrales sint simul sed exi
gitur hoc in toto quod habet eē
permanēs ¶ Q̄d autem tres sint
partes penitentie sic ostenditur ·
Penitentia enī est quoddā spō
taneum iudiciū in quo cōtritio
est quasi quedam accatio vbi seq̄
tur rei apud iudicem spontanea
confessio · Deinde sequitur emē
de per iudicem impposite solutio ·
Sed in hoc differt iudiciuz fori
a iudicio poli · quia ibi confessus
in iure condemnatur & hic absol
uitur · Alia est sufficiētia istarū
partium · quia cum omne pecca
tum cōmittatur corde vel ore vel
opere · iustū est vt ista tria cure
tur per contrariuz · scilicet vt pec
cator culpam animo detestetur ·
verbo accuset & facto puniat ·
Itē per peccatū offendit homo
deum & ecclesiā & seipsum · sed p
ptritionē reconciliatur homo deo

q · iiij ·

p cōfessionē deo ⁊ ecclesie · ⁊ per satisfactionē sibi Jtē iste tres p tes penitētie sūt tres diete quib? itur in terram pmissionis De qui bus dicit in exodo Jbim? viā tri um dierū Jtē iste tres ptes viuifi cant moralit tres mortuos quos dñs fuscitauit · qz p ctritionē sus citat puella i domo · p cfessionē iuueis in porta · p satisfactionez lazarus de sepulcro ·

De contritione · Ca · xxij ·

Contritio ē dolor wlūta rie assumpt? p pcās cū pposito cōfitēdi ⁊ satisfa ciendi · Dec diffinitio mgrālis ē ⁊ ponit ibi dolor pro genere · vo lūtarie assumptus ponit ad drāz doloris naturalis qui nō est meri torius cū nō sit in genere moris · ꝫ wlūtas ponit eū in genere mo rali Pro pecatis ponit pro mate ria doloris ad drām doloris iuidie qui est de alieno bono Sic ergo diffinit ctricō put est actus vir tutis Sed prout est pars sacmē ti penitentie oportet q aliquid i cōparatione ad alias ptes adda tur · ⁊ ideo ponit cū pposito cōfi tendi ⁊ satisfaciendi Nota sex effect? cōtritionis Prim? est qz pecatū annihilat Grego · Cōtri tio est dolor annihilās pccm · vt patet in latrone Dodie mecū ⁊c Secundus est quia intellectuz serenat Jsido · Cū flēdo a nobis caligo detergit mūdatis oculis mentis in supna reāpimur Terā us est quia mentē trāquillat Gre go · Si nos virtus cpunctionis in intimis affligat · ois strepit? pra ue suggestionis obmutescit · Quartus est quia animā ditat · Crisō · Nemo ad deū aliqū flens accessit qui nō qđ postulauit ac cepit Mathei · xv · Venite ad me oēs qui laboratis ⁊ onerati estis ⁊c · Quintus est q loiez ad ma gna faciēda ducit Criso · Dec ē humiliati cordis vera cōpuncti o magna agere ⁊ humilia loqui Sextus ē quia deo conglutinat Criso · Nihil ita cōglutinat deo vt peitētis lacrime Nota q cor dicit durū qū diuine inspirationi se tāgēti nō cedit · ꝫ obuiat in af fectu pecati demorando · Frāgi vero dicit qū incipit a ppositō pec candi resipiscere · licet nondū to taliter cōuertat Conteri autē dici tur qū wluntas pfecte ab effec tu pecati resilijt Jn cōtritione duplex est dolor · vnus wlunta rius qui non est aliud q pecati displicētia · alius est sensibilis Primus est de essentia ctritionis ⁊ de hoc dolore intelligitur illud Diere · Luctū vnigeniti fac tibi Quia dō debet ex ratione magis velle nūqm peccasse qm vnigeni tū viuē Secūd? vero dolor nō re qrit de ctritionis ncātate ꝫ de ei? pfectione · qz talis dolor nō ē im mā ptāte Nota q ctricō potest tm̄ intēdi q nō solū culpa ꝫ etiā tota pena dimittit · hoc āt pt du

pliciter fieri. Vno mō ex pte caritatis q̄ displicētiā pcā causat. qz sic ōtingit tm̄ inchoatā caritatē in actu q̄ cōtritio inde sequēs meretur absolucōnē ab oī pena. Alio mō fit illud ex pte doloris sensibilis quē voluntas in cōtritione exigit. quia enī ille dolor pena q̄dā est tātū p̄t itēdi q̄ suffiat ad deletionē culpe et pene. Dicā ē int attritionē et ōtritionē. sicut int informe et formatū secdm̄ quod dicit de fide informi et fōrta. Vtrū aūt attritio fiat ōtritio distinguēdū ē. qz cōtritio dicit cū grā tritio. hoc āt p̄t esse dupliciter. Vno mō p cōcomitātiā q̄ grā associat motui existētī in aia et illū informat q̄muis nō eliciat. Alio mō p causā ita q̄ motus a grā eliciat. Primo mō attritio fit ōtricō. quia actus ille simplex manēs in aia formā adueniēte luce. Secūdo mō impossibile ē q̄ attritio fiat ōtritio.

Si queritur q̄m diu quis de pcto dolē debeat. Rndeo q̄ sicut dicit hugo de sāc. vic. Deq̄ cū absoluit hoiem a vinculo pcti ligat eū vinculo ppetue detestationis. Hz detestatio pcti ppetua duplex ē. Que dā sciz in habitu ad quā sēp hō tenet etiaz p̄ pcti pfectā remissionē. De q̄ dicit Aug⁹ loquēs de penitēte. Semper doleat et de dolore gaudeat et non sēp se doluisse doleat. Alia ē detestatio in actu. ad hāc hō nō sēp tenet. Sciendū q̄ beati et dānati et hi qui sunt in purgatorio non hūt ōtritionē. huiꝰ ratio est. qz in cōtritione ppie sūpta tria sunt. sciz grā. dolor. et effectus meriti satisfaciētis. in beatis āt nō est dolor. et in dānatis nō ē grā. et q̄ sūt in purgatorio nō merent.

De ofessione Ca. xxiij

Confessio ē vt ait augꝰ. p quā morbus latēs spe veniē apit. Dec cōfessio sacramētalis ē q̄ est ps penitentie et cōuenienter describit p materiam q̄ est pcatū. et p actū qui ē apire. et p finē qui ē spes veniē.

Duplex ē ofessio. quedā est mētalis q̄ fit deo. et hec est de iure naturali. quedā vocalis q̄ fit hoi. hec nō est de iure naturali. Igit ante incarnacōnē xp̄i sufficiebat cōfessio mētalis. qz deus nondū erat homo. sed postq̄m factus ē hō debet confessio fieri hoi vicario xp̄i. In hoc ei q̄ ministris sacrāmentorū dedit ptātē ligādi et soluendi insinuauit cōfessionē eis tāq̄z iudicibus debere fieri. Sic ergo christus instituit confessionez tacite. sed apostoli promulgauerūt eam expresse. Quamuis igitur in contricōne dimittatur pcatū tamen confessio vocalis est necessaria. vel in re quando habetur oportunitas. vel in proposito q̄n eam articulus necessitatis excludit et non cōtemptus religionis. nisi ta necessitas cōfitēdi post contritionem non est in tali casu propter necessitatez remedij. cū pcatum iam dimissum sit. sed

ꝓpt obligationē p̄cepti· ofessio autē ⁊ satiſſactio necessaria est· non solū ꝓpter reco̅ciliationē i iudicio dei· sed etiā i iudicio eccle sie· Quas enī circūſtantias tene amur cōfiteri nota q̄ circumſtā tiarū quedam ſunt trahentes ad aliud genus peccati· vt coire cuz muliere cōiugata· ⁊ has tenetur homo cōfiteri· Quedā vero ſunt aggrauātes ſicut in eatē ſpecie· ⁊ harū quedā ſunt nō aggrauā tes notabiliter· ſicut ſciētia ⁊ hu iuſmodi· has nō tenet homo cōfi teri· quia ſūt quaſi venialia pecca ta· Quedā autē ſunt aggrauan tes notabiliē· ⁊ has ſecundum quoſdam oportet cōfiteri· nō enī ſuffiāt illi qui centū marcas de a lieno habuit dicē· ecce accepi a lienū· cū hoc poſſz verificari ſi ac cepiſſet vnū denariū· ſecundum alios cōmunius ſed non tutius o pinātes non oportet ¶ Que ſint autē circūſtātie aggrauātes pec catum notantur in his verſibus· Aggūat ordo· locus· mora· cau ſa· ſcientia· tempus Lucta puſil la modus culpe genus ⁊ ſtatus altus· Conditio numerus etaſ et ſcādala ſexus ¶ Quāuis pec cata alicuius nota ſint ſacerdoti· tamē oportet ea ofiteri· quia nō ſunt ei nota vt iudicā Quādiu poſſit differre aliquis cōfessionē due ſunt opiniones Quidaz enī dicunt q̄ peccator tenetur cōfite ri ſtatim habita oportunitate ſuf fiāēti· Alij dicūt cōmuniuſ q̄ cū cōfessio ſit inē p̄cepta affirma tiua non obligat niſi pro loco et tempore· Eccleſia autez determi nauit in decretali q̄ homo ofitea tur ſemel in anno· quia ſemel in āno habet quilibet de necessitate cōmunicare ¶ In caſibuſ tamē quatuor tenet quis ante hoc tem pus cōfiteri· primo ratione ſacra menti qui vult cōmunicare vel ce lebrare· Secundo ratione piculi vt ſi eſt in periculo mortis· Ter cio eſt ratione conſciētie· vt ſi di cat ſibi oſcientia q̄ ſtatim tenea tur· Quarto ratione dubij· vt ſi non ſperat ſibi amplius illo āno copiam cōfeſſoris occurrere quā modo habet· vel ſi habet caſuz de quo ſoluſ papa poteſt abſoluere ⁊ habet modo copiam penitenti arij dn̄i pape· Sed queritē vtrū cōfeſſio facta in mortali valeat Dicendū q̄ cōfeſſio eſt in reme dium et in p̄ceptū· In quātū ē in remedium non valet in morta li· ſuſcepta tamē abſoluitur ho mo a p̄cepto ſicut etiā ficte ſuſci piens baptiſmum ¶ Vtrum aūt confeſſio ſit iteranda notandum eſt q̄ regulariter nullus tenetur confeſſionem ſemel bona fide fac tam amplius iterare Sunt tamē quatuor caſus in quibus homini expedit confeſſionē iterare· quo rum duo ſunt ꝓpter cōfeſſorez ⁊ duo ꝓpter confitentem Pri mus eſt igitur ſi cōfeſſori deficāt clauiſ potētie eo q̄ non habet au ctoritatē ab illo pcō abſoluē·

Secundus est si deficit in eo clavis scientie quia nescit discernere inter mortale et veniale. Tertius est si confitens dimidiavit confessionem. oportet enim ut omnia fiat confessio omnium que habent in memoria. si vero aliqua exciderint a memoria non ideo reputari debet confessio dimidiata. Quartus si contempsit vel neglexit et oblitus est satisfactionem nam si sciret et implere vellet non oporteret confessionem iterare ¶ Si vero aliquis cadit in peccatum postquam bona fide fecit confessionem questio est utrum teneat confessionem prius factam iterare. et hec opinio communior est ut non in specie sed in genere. licet aliter quidam dicant ¶ Nota quod confessio facta per nuncium vel epistolam licet sit quoddam opus bonum et meritorium. tamen in quantum est pars sacramenti non potest sic fieri. quia determinatam habet materiam scz actum sermonis quo conscientia hominis manifestari consuevit. Unde sine necessitate non licet aliter confiteri In necessitate vero potest defectus per actum equivalentem suppleri.

¶ De qualitate et effectu confessionis. Capitulum. xxiiij.

Qualis esse debeat confessio notat in his versibus Sit simplex humilis confessio pura fidelis. Vera frequens nuda discreta libens verecunda Integra secreta lacrimabilis accelerata. Fortis et accusans et sit parere parata ¶ Ad multa valet confessio. A morte liberat. qui sicut confessus in foro contentioso damnatur. sic in spirituali liberatur. Deum hominem manifestat. Aug? Si nollem confiteri non me tibi absconderem. set te mihi. Vulnera mentis sanat. Die. Vulnus non intellectum tardius sanat. Paradisum aperit. Aug? O bonum verbum peccavi quod portas aperit paradisi. Exemplum in latrone dextro. Peccata tegit Unde quedam glosa. Si homo detegit deus tegit Misericordiam divinam emollit. Glosa sup illud. Delictum meum cognitum tibi feci. Si homo agnoscit deus ignoscit. Animum iocundat. Ps In voce exultationis et confessionis. Intercessores multiplicat. Sacerdotes enim orant pro suis confessis. Conscientiam mundat. Aug? Confitendo fit homo de fedo pulcer. Fedus diaboli rumpit. sicut cum aliquis secretum alterius detegit. Deo coniungit. Aug? Quid gratius auribus tuis quam cor confitens et vita que ex fide est In viam salutis dirigit. Qui abscondit scelera sua non dirigetur. ergo econtrario. Peccatum delet. Ps. Dixi confitebor et. Satisfactionem supplz. Glo. sup matth. Jubemur confiteri peccata nra ut eruditescentia patiamur pro pena. Malum precavet. Exemplum de dente putrido qui extrabit ne alij putrescat

Cui debeat fieri confessio. xxv.

Generaliter tenet q confessio debz fieri sacerdoti habenti claues que fiũt sciẽtia discernẽdi. ⁊ potestas ligandi ⁊ soluendi. ¶ Sciendũ ãt q sicut baptismus ẽ sacramentũ necessitatis. ita ⁊ penitentia. Vnd sicut baptismus duplicem habet ministrũ. vnum cui baptizare cõpetit ex officio scz sacerdotẽ. aliũ cui committitur dispensatio baptismi ratione necessitatis. Ita et minister penitentie duplex est. vnus cui cõfessio fit ex officio sicut est sacerdos. alius autẽ est q audiẽdo cõfessionem vicẽ supplẽ potest sacerdotis in necessitate vt est laicus. Dicũt tñ aliqui q cũ deest copia sacerdotis nõ oportet cõfiteri laico. ꝫ sufficit soli deo. sicut dicit frater petrus. Quãuis oẽs sacerdotes claues habeãt. nõ tamen possunt omẽs ligare ⁊ soluere sicut excõmunicati ⁊ suspensi ⁊ hereticã damnati. Hoc autez nõ est ꝑ defectũ ordinis. sed quia nõ habent materiaz scilicet subditos qui auferunt eis cuz excommunicant. Possunt tamen tales baptizare. quia hoc est sacramentũ necessitatis Possunt quoq tales eucaristiã cõsecrare. quia hoc substantialiter adheret ordini. ligare autẽ ⁊ absoluere acãtẽ taliter adheret ordini ¶ Dicẽs etiam q nullus potest absoluere confitentẽ nisi solus sacerdos ꝑius. Sed ꝑius sacerdos dicitur sex modis Primo pastor ecclesie. Secundo per determinatiõez superioris vt vicarij. Terão per priuilegium quibusdaz indultũ vt sunt fratres predicatores ⁊ minores ⁊ cruciferi. Quarto per licentiam propij sacerdotis. Non tamen licencietur nisi discretis. honestis ⁊ notis. Quinto propter necessitatem. qz instante mortis periculo quilibet sacerdos potest absoluere. ⁊ peregrini absoluuntur ab illis apud quos sunt. Sexto propter defectum sui sacerdotis quãto scilicet ideota est vel proditor confessionis. vel solet confitentes mulieres prouocari. tunc enim si nõ inuenit aliquem qui auctoritatem habeat. efficitur ei sacerdos proprius non quilibet sed discretus. ⁊ qui est notus vel ex ordine vel ex persona ¶ Item frater petrus Innocentius quintus ¶ Nota ad effectũ aliquem duo requiruntur. scilicz potentia actiua in agente. ⁊ materia debita in suscipiente. Dicẽ est q ad effectũ ligãdi ⁊ soluẽdi requiruntur. ⁊ potestas clauium que datur in ordinatione. ⁊ materia debita id est subditus q habetur ex iurisdictione. Vnde dico q non sufficit confiteri cuilibet sacerdoti. sed oportz proprio qui duplex est vel ex iurisdictõne ordinaria sicut parrochialis sacerdos vel episcopi eius vel papa. vel ex iurisdictiõe delegata

sicut iste cui committit potestatem audiendi aliquis horū trium Vel est legat⁹ domini pape. Itē nullus tenetur peccata confiteri que nō habet Qui autē absolut⁹ est a penitentiario episcopi vel pape iā non habet ista peccata. ergo non tenetur ea confiteri. tenetur tamē sacerdos exigere peccata siqua habet que non sit confessus ei ⁊ confiteri ꝓpter statuta ecclesie. vel saltē presentare se coram eo ⁊ dicere se confessum fore ⁊ sacerdos debet ei credere ⁊ eucaristiam dare. Sufficit enī ei cōscientiam suam isto modo scire cuz aliam certitudinē de peccatis occultis non possit habere.

¶ De sigillo confessionis. Capitulū. xxvi.

QUe geruntur exteri⁹ in sacramētis sunt signa rerū que interius contingunt. ⁊ ideo cōfessio qua quis sacerdoti se subijcit signū est interioris subiectionis q̄ quis deo subijcitur. Deus āt peccatū illius q̄ se sibi ꝓ penitentiā subijcit tegit Vnde oportz de sacramēti necessitate q̄ sacerdos cōfessionem celet Sunt ⁊ alie huius celationis vtilitates. q: ꝓ hoc hoies ad cōfessionem magis attrahunt⁹ ⁊ simplicius peccata cōfitent⁹. Sacerdos⁹ etiā non solū debet celare peccatū quod in cōfessione recipit. sed etiam alia omnia ꝓ que possz peccator vel peccatū deprehendi.

¶ Potest autē penitens facere vt id quod sacerdos per confessionē sibi factam sciebat vt deus sciat etiaz vt homo. ⁊ hoc facit dum licenciat eum ad dicendum. ⁊ idō si dicat non frāgit sigillū cōfessionis ¶ Si autē queritur vtrū id quod sacerdos scit ꝓ cōfessionem quod etiam scit alio modo possz reuelaē. super hoc diuerse sunt opiniones. Sed hec est verior q̄ siue sacerdos sciat illud peccatuz ante confessionem sibi factam siue post non tenetur celare quantum ad id quod scit vt homo

¶ Nota q̄ iste modus dicendi dico tibi in confessione non claudit tale dictum sigillo confessionis. quia non seruatur ibi forma confessionis.

De satisfactione. Ca. xxvij

SIcut in bellis restituta amicicia nō statiz remittitur debitū damni illati. ita post remissionez culpe in contritione remanz debitum pene satisfactorie. Iniungit autē sacerdos quedā ad satisfactionis fundamentuz sicut abstinere a peccato ⁊ restituere ablatuz. quedā iniungit ad satisfactionis expeditionem. vt est vitaē consortium malorum. quedam iniungit ad satisfactionis substātiam. vt ieiunare vigilare. daē elemosinam. pegrinari. ⁊ huiusmodi opa penalia. q̄dā iūgit ad pfectōnez

et secuntatem satisfactionis vt sunt opera supererogationis.

¶ Satisfactō debet respondere culpe in tribus In numero. ℘s Lauabo per singulas noctes lectum meum lacrimis meis. In pōdere. Aug⁹. Libenter debet facere immortalis futurus quecunq; faceret pro destruenda morte moriturus. In mensura. Grego. Tāto tpe debet homo esse in pēitētia a quanto fuit in culpa Ista tria requiruntur in pēitētia secūduz conuenientiam non secūdum necessitatē.

¶ De partibus satisfactionis in commum. Capitulū. xxviij.

SAtisfactionis quedam sūt ptes prīcipales scz oratio. ieiuniū. elemosina Quedā vero sūt ptes secūdarie que ad has reducūt. vt vigilie peregrinationes a discipline ¶ Dicendū ergo q; omia opera carnē affligentia reducunt ad ieiuniū. omia vero opera spūalia ad orationē. oia autē opa misericordie ad elemosinā. ¶ Sufficientia partiū prīcipaliuz potest acāpi rēspectu termini a quo est motus satisfactionis. quia per ieiuniū reuocamur a concupiscentia carnis. per elemosinā a concupiscentia oculorū. per orationez a superbia vite. Alio modo sumit ista sufficientia ex parte termini ad quem fit satisfactio. quia p ieiuniuz bene ordinat homo ipso. per elemosinā ad proximū p orationē ad deum. Tercio mō sumit hec sufficientia ex pte materie de qua fit satisfactō. quia p elemosinā fit satisfactio de bonis exteriorī substātie. p ieiuniū de bonis corpis. p orationē de bonis mētis. Quarto modo sumit hec sufficientia ex parte modorū satisfaciendi. Fit eni satisfactio tribus modis. vel p pumicōnē. vel secūdū redemptionē. vel p suppliationē. Primū faciamus ieiunādo. Secūdū elemosinas dādo. Terciū orādo. Quarto sumit hec sufficientia ex parte effectuū. Per satisfactionē eni tria magna bona nobis proueniūt. scz impetratio grē. remissio pene. expurgatio reliquiarum culpe. Ad primū videtur valere elemosina propē multiplicationem intercessorum. ad secundum ieiunium. ad tercium oratio.

¶ De singulis partibus satisfactionis. Capitulum. xxix.

ELemosina dupliciter potest acāpi. aut intentione subleuandi necessitatem proximi a sic est opus misericordie. aut intentione recompēsandi pro debito offense diuine et sic est opus iustitie. Vnte primo modo proprie pertinz ad meritū vite. Secundo modo ad meritū dimissionis pene. q; elemosina sic dicta ē spē satisfactoria.

¶ De ieiunio quoq; sciendum q; in carne sunt duo · vnū est natura que debet sustentari · aliud est vicium quod debet domari · Jeiumiū ergo quod naturaz seruat a vicio domat bonū est a satisfactoriū · aliud vero non ¶ Oratio etiam dupliciter habet fieri · aut pro impetratione bonorū · et sic est pars cōtemplationis · aut pro amotione malorū · a sic est prie pars satisfactionis ·

¶ De iustificatione impij · Capitulum trice simum ·

IVstificatio ē motus ab iniustitia ad iustitiā Jn iustificatione impij quatuor requirunt · scz motus liberi arbitrij · a cōtritio · a infusio grē a remissio culpe · Horum prima duo sunt ex parte suscipientis · Alia vero duo ex parte agentis Predicta quatuor sunt simul tē pore non natura · prioritas autez a posterioritas que secundū ordinē nature ē reducē aliquo mō ad ordinem cause a causati · Jnt ista vero videtur hic ordo causalitatis esse · Causaliter enī motus liberi arbitrij prior alijs tribus ē · quia requirit cōsensus volūtatis in huiusmodi mutatione · Volūtas ātē a liberū arbitriū sumuntur hic pro eodē · ꝓterea motus iste appellat motus liberi arbitrij · Jste q; motus quo liberū arbitrium consentit deo vt primo moueri dicat motus fidei · quia habet aliquid cognitionis a aliquid affectionis sicut fides ¶ Dicamus ergo q; motus liberi arbitrij siue motus fidei in deū causaliter ē prior q̄m motꝰ q̄ de peccō q̄s cōuertitur · quia sicut i generatione peccati prior ē cōuersio q̄m auersio · cū cōuersio causet auersionē · ita in eius destructione prior ē auersio ad deū per liberū arbitriū q̄m auersio a creatura p cōtritionem de peccato · Quod enī est primū in cōpositione · vltimū est in resolutione · Jsti vero duo modi scz liberi arbitrij et contritionis sunt priores q̄z gratia infundatur · qz sunt causa preparatoria vt gratia detur · Quāuis enī deus sine ꝓparatione posset impiū iustificare · tamē requirit preparatio ex parte suā · quī sicut requiritur preparatio materie in naturali mutatiōe ad recipiendū formaz · ita in mutatione volūtaria · sed hec non ē ex impotentia agentis · sed suscipientis ¶ Alia ratio ē · quia i iustificatiōe peccōris fit introducti o vnius forme a expulsio alterius scz ctrarie · ideo requirunt predicta duo scz motus liberi arbitrij disponēs ad grē susceptionē · et contritio id ē dissensus a peccō ponens aliqd ad culpe expulsionē · grā vero ꝓfundit q̄m culpa remittat · qz p grām culpa remittit · sicī introductiōne forme p̄ or naturaliter est forma que expellit ex parte agentis q̄m illa q̄ expellenda est remoueri possit ·

¶ Qualiter autem iustificatio fiat in instanti vel successiue nota distinctionem. Potest ꝙ iustificatio dupliciter accipi sicut generatio. Vno modo vt dicat motuz ad iusticiam cum termino eiusdē ꝙ sic fit successiue. vt quādo succedit successiua preparatio. Alio modo potest accipi vt dicat solū modo mutationē sine motu. Hoc modo iustificatio fit in instanti ꝙ hoc triplicī ratiōe. Prima est qz fit virtute infinita ꝙ simplicī immediate. Secūda est quia fit i subiecto simplici scz in mente. Tercia est quia ipsa forma tam que expellitur scilicet culpa q̄m que introducitur scilicet gratia omnino simplex est. ¶ Vt illud quod ait Augustin⁹. ꝙ maius est iustificare impiū q̄m creare celum ꝙ terram. Dicendum est ꝙ maius est quantum ad id quod fit qđ melius est. ꝫ non quo ad modū faciendi. q̄muis eni in iustificatiōne impij fit resistentia formalis. scz contrarij ad contrarium. non tamen est resistentia effectiua quo aliquid resistat agenti scilicet deo. cuiuꝰ virtuti nihil resistere potest. In iustificatione impij aliquid est ex parte dei. ꝙ aliqđ ex pte peccatoris. ꝙ aliquid ex parte ecclesie Ex parte dei sunt duo scilicet misericordia qua reatum indulget. ꝙ iusticia qua emendā aliquantulaz exigit. vt hic vel in purgatorio Hec signātur per duoꝰ discipuloꝰ quoꝰ mi sit dominus in omē locum quo erat ipse venturus. tunc quidem corporaliter. nunc autez per gratiam spiritualiter. Ex parte peccatoris sunt etiam duo. scz dolor ꝙ amor. ꝙ hec sunt due moleq̄ bus peccatum conteritur. quese cundum legem nō debent diabolo in pignore obligari Ex parte ecclesie similiē sunt duo. Primū est meritum et preciue expi. cuius meritum est inexhausibile. ꝙ etiam aliorum sanctorum qui fecerunt opera mlta supererogationis. que omnia sub potestate clauium sunt posita. vt si minuꝰ est in vno membro ecclesie rēpensetur in alio. Vnde si aliquiꝰ non est membrum ecclesie nō influit in ipsum meritum predictū Secundum est indulgētia quā dat ecclesia per papaz ꝙ episcopos. tamen vt ipsa indulgentia tantum valeat quantum permittitur exigitur auctoritas. ꝙ causa scilicet communis vtilitas ex parte dantis. exigitur etiā fidꝰ formata ꝙ obedientia. hoc est vt soluat id propē quod datur ex parte recipientis.

¶ De penitentia venialium. Capitulum. xxxi.

Penitentia est remediuz institutū ad expiandū peccatum cui debetur pena sensibilis. que cum debeatur peccato non solum mortali. sed

etiam venali · patet q̄ penitētia est remedium contra vtrunq; · tamen penitentia non est simpliciter de venialibus sed de mortalibus · quia penitentia introducta ē ad reconciliandum aiam ā q̄m peccatum mortale tollit · Licet igit penitentia non sit de venialibus simpliciter tamen erit p accēs · a hoc tribus modis · Primo ratione dubij · vt quādo creduntur esse mortalia · Secundo ratione statuti vt est quando homo qui tenetur confiteri semel in āno nō habet nisi venialia peccata · Tertio ratione periculi. vt quando venialis delectatio ad hoc pducta est q̄ nisi homo se auertat ab ea trahit in mortale ¶ De remissione peccati venialis sciendum q̄ i duobus casibus non remittitur · Prim? est si talis habeat mortale quoniam sine mortali nunq̄m remittit veniale · licet econuerso possit fieri scz q̄ mortale dimittatur sine veniali · cum em̄ peccatū mortale tollat caritatez que vniuersa operit delicta · ostat q̄ existenti in peccato mortali nullum veniale remittitur · Secundus ē quando voluntas fixa manet i affectu alicuius peccati venialis determinati · quoniam illō idem tolli non potest · a hoc multiplicia ratione · Prima est quia ōne peccatum remissione indiget quo ad duo · scz quo ad culpam a quo ad penā · ꝫ non potest esse secunda remissio sine prima · quia q̄m diu homo culpam habet debitor est pene · culpa autem in deordinatione voluntatis consistit · Vñ voluntas sic manens reordinari non potest · alioquin duo opposita simul essent in eodez · Alia ratio est quia manente causa nō potest tolli effectus sed volūtas inordinata ad aliquid ē causa peccati venialis · Vnde manente volūtate fixa in illo non remittitur peccatum veniale. ¶ Sciendum etia q̄ vnum peccatū veniale potest remitti sine altero · quia peccatum mortale quod maioris est adherentie potest remitti sine veniali · a ideo vnuz veniale sine alio · Alia ratio est quia peccatuz mortale ita deo displicet q̄ facit etiam ipsum peccantē deo displicere · ꝫ veniale q̄muis deo displiceat cum inordinatum sit · nō tamen facit peccantem deo displicere · quia non priuatur gratia sed obnubilatur in quantum eius p̄cessus ad exteriora impeditur · et p̄opt̄ hoc veniale non impedit quin aliud remitti possit · Tertia ratio est quia venialia nō habēt connexionem ad inuicem nec ex parte auersionis · quia non auertunt a summo bono · nec ex pte conuersionis · ideo vnum remitti potest sine alio · Mortale autem non · quia connexionem habent ad inuicem ex parte auersionis · quodlibet enim mortale auertit a deo · licet non habeant connexionem ex parte conuersionis ·

¶ Ex predictis colligē q aliter se habent mortalia ad inuicem ⁊ aliter venialia ad inuicē · ⁊ alia mortalia ad venialia · Mortalia eni sic se habent q vnū nō dimittitur sine altero · venialia vero sic se habent ad inuicē q vnū remitti potest sine altero · Mortalia āt sic se habent ad venialia q mortale remittitur sine venali · sed nō venale sine mortali · Cuius duplex est ratio ¶ Prima est quia mortale et veniale se habēt sicut habitus ⁊ dispositio · ꝫ sublato habitu potest dispositio manere ⁊ nō econuerso · Secūda ratio est quia mortale opponitur caritati. veniale autē feruori eius · ꝫ sublata caritate tollitur feruor ipsi? ⁊ non econuerso ·

¶ Per quid peccatum veniale dimittat · Capitulū · xxxij

AD peccati venialis remissionē non exigit nouus caritatis habit? sed sufficit nouus motus · quia peccatū veniale nō tollebat virtutis habitus · sed impediebat ipsius actū ¶ Notandū etiā q peccatū veniale non dimittitur sine ↄtritione Cui? hec est ratio · quia q̄mdiu manet wlūtas in aliquo venali nunq̄m dimittit · sed voluntatez auertere ab eo quod quis prius wlebat est displicere ei quod wluit · talis autem displicentia dolor ↄntritionis dicitur · ¶ Sed sciendum q ↄntritio potest accipi tripliciter · vel in habitu · vel in actu · vel medio modo · Cōtritio in habitu non sufficit ad peccati venialis dimissionem · quia tunc quicūq; haberet penitentie virtutis habitum · non posset habere veniale peccatuz · ⁊ sic peccatum veniale nō posset esse cū grā Contritio quoq; in actu non sēper requiritur · quia sequeret q peccatuz quod quis in memoria nō habet remitti nō possz · Propter hoc requiritur cōtritio medio modo · scz vt peccatuz displiceat actualiter vel explicite vel implicite · Dico autem implicite · quia talis actus sufficit. quia displiceret explicite peccatū veniale si ↄgnitio ferret ad illud · ¶ Notandum etiā q tam feruens potest esse motus caritatis in deū q oia pcā venialia ↄnsumat etiā sine actuali ↄgnitione · quia quāto quis feruenter in deum fertur displicet ei omne quod a deo retardat · ⁊ ita licet explicite de peccato venali nō ↄgitat · tamē i illo motu cōtinet implicite displicentia peccati venialis vel vnius vel omniū · ¶ Sciendū etiam q i cōtritione de venialibus ꝓpositum non pecandi venialiter non exigitur sicut in ↄntritione de mortali exigebatur · ꝫ sufficit q displiceat ei ⁊ peccatū preteritum ⁊ infirmitas qua ad pcm̄ veniale iclinat q̄mus ab eo ōmino immunis esse n̄ possit · ita tū q wlūtas

non maneat fixa in vno veniali. quia illud retentū nec dimittere tur in ctrīcōne generali nec īspe ciali. Huius āt sententie hec ē ra tio. quia peccata mortalia sunt i potestate nostra vt vitent nō so lum singula. ꝫ etiā omnia. Veni alia vero et si singula vitari pos sint. nō tamen omnia. qđ ex in firmitate nature cōtingit ¶ Mul ta sunt per que tollunt pcā veni alia q̄ p tria cōprehendunt. Pri mo sicut omnia que gratiā confe rūt vt omnia sacramēta ecclesie Secūdo illa quibo impedimēta feruoris a grē tollūt. sicut a aq̄ bīdicta que virtutē iminuā repri mit a episcopalis benedictio. Terāo exercitiū humilitatis ex parte mā sicut est tunsio pecto ris. oīō dnicar. elemosina. ieiu niū. a huiusmodi. ¶ Ratio bo rū est cū venialia dimittant per feruorē caritatis q̄ implicite vel explicite cōtinet ctritionē. omia illa que nata sunt de se feruorē caritatis excitare dicunt pcā ve nialia dimittere. talia vero sunt oīa que predicta sunt. Vnde cū secundū quantitatē feruoris sit quantitas remissionis. patz q̄ p ut p p̄numerata maior vel mior excitat feruor. qui vel implicite vel explicite ctritionē ctinet plu ra vel paucora venialia dimittū tur. nō tamen semper omnia

¶ De extrema vnctōne. Capitulum. xxxiij.

MEdiator dei a hoīm non solū vocat iesus in quan tū habet saluare. ꝫ etiaz xp̄s in quantū habet vnctionis grām in alios diffundere. Tribo viabo fuit inunctus dauid. Pri mo in tomo patris sui in signum regni futuri. hec signat vnctōez in baptismo. Secundo in ebron sup iudaz. a postea multa bella habuit. hec signat vnctionem i confirmatione. Terāo iterum in ebron sup oēm israhel. post hāc in pace regnauit. hec signat vn ctionem in extremis ¶ De sub stātia huius sacramenti sunt qui q̄. Primum est q̄ hāc inunctō nem faciens sit sacerdos. Secun dum est intentio. Teraum ē ma teria scilicet oleum infirmorum. Quartū forma verborū hec scz. Per istam vnctōnē ac. quā for mā debet dicere inungens. Quan tum est locus inūgendus. quia fit ad oculos. ad aures. ad na res ac. In hoc sacramēto forma verborum est deprecatiua. quia istud sacramentū videt valere p modū suffragij. Dat eni ad ef fectū quē homo p opa ppria pos set consequi nisi infirmitas impe diret. ¶ Vnd nota q̄ in aliquo sacramento forma verborū est in sola oratione sicut hic Dixit eni iacobus Inducat presbiteros vt orent sup eū. In quibusdā sacra mentis consistit in sola enunciati one sicut in babtismo. Ait eni do minus baptisantes eos in nomie

patris non facien⁹ de oracõne mẽ tionẽ Jn aliquo sacramẽto sicut quidã dicũt ꝺsistit forma in ora tione ⁊ enunciatione vt in sacra mento pẽitentie· ꝺsueuerũt enĩ cõfessores primo oraẽ dicẽtes ab solutionem ⁊ remissionem ac̃· et postea dicũt· absoluo te ac̃· Cũ enĩ in peccato offendatur ⁊ de us ⁊ ecclesia cõtra primũ merito fit oratio· ⁊ contra secundũ abso lutio Jstud sacramentũ nõ dat̃ nisi adultis qui pcã venialia vi tẽtur habere cõtra que institutũ est· Nec dat̃ alijs nisi infirmis i periculo mortis ꝺstitutis Dam⁹ enĩ non dat̃ hoc sacramentũ· q; habent aliud remedium paratuz scz pemitentiã· Nec debet dari ni si postulantibus qui deuotionez fursũ erigũt· Si sepe q̃s ad mor tẽ infirmat̃ sepe potest inungi· ꝯ in vna infirmitate nõ debet aliq⁹ bis inungi· nisi eatẽ infirmitas vl tra ānũ ꝓtrahat̃ ita q; in vno an no ꝓpt̃ vnã infirmitatẽ nequaq̃z bis inungat̃· Effectus huiu⁹ sa cramẽti est multiplex· Primus est sanitas duplex· vna prĩapa lis scz liberatio ab infirmitate spi rituali que cõtrahit̃ p venialia· quibꝰ ania debilis effiat̃ ad exe quendũ actũ grẽ vel glorie· Alia est sanitas secundaria que est quasi effectus ⁊ signũ prioris sa nitatis· scz sanitas corpalis· et hoc verũ est qñ sanitas corpalis expedit sanitati spũali· Tũc enĩ istud sacramẽtũ causat vtrũq; i suspiciẽtibus digne· Interduz enĩ vtilis est sanitas corpalis sci licet ad meritũ glorie cumulãdũ Valet etiaz ad deuotionem exã tandã· ⁊ ad velocem transitum i celum· Jn hoc sacramento sicut i ceteris tria sunt· Vnum est sacra mentum tantum scz vnctio exte rior· aliud est res tantum scz ef fect⁹ duplicis sanitatis vt dictũ est· Teriũm est sacramentuz et res scilicet quedam vnctio spiri tualis interior· id est mẽtis iocũ ditas ⁊ solacium·

De sacramento ordinis Capitulum· xxxiiij·

Vinq; sacramẽta de qui bus dictũ est pertinent ad statũ psone· sed illa duo de quibus dicendum est per tinent ad communẽ statũ ecãe· quia ordo pertinet ad generatio nem spũalem· teriũm vero perti net ad generationem carnalem· Ordinem precedit primo tonsu ra· quia in omni transitu a statu in statum cõuenienter interponi tur aliq̃ dispositio media· Vnd̃ in transitu a statu laicorũ ad sta tũ ministrorũ dei cõuenienter pri mo tonsura interponitur· Fit eti am in hac tonsura aliquorum ca pillorum reseruatio in moduz co rone· quia in ministerium illius assumuntur cui seruire regnare ẽ Est itaq; duplex signũ distinc tiuum in ordinatis· scz exteriu⁹ tonsura· ⁊ interius caracter· Ad

esse autē ordinis tonsura non pre exigit sed ad bñ eē · quia dispo sitio cōgruitatis est ipsa tonsura ad ordinem · ⁊ nō necessitatis · Hugo de sancto victore ordinē sic describit · Ordo est signaculū quoddā in quo ptās spiritualis traditur ordinato ⁊ officiuz ·

¶ Dic nota q sicut in naturali bus dedit de? supiora corpa in re gimē inferioruz · sic in spirituali bus quosdaz posuit superiores ⁊ quosdā iferiores · vt illi potesta tem habeāt super istos · sicut fūt clerici qui presunt in spūalibus · et principes scz iudices seculaes qui presunt in tempalibo ¶ De substantia hui? sacramentū sunt sex · Primū est potestas ordinā tis · quia oportet q sit episcop? ¶ Secundū est materia · scz vn ctio in sacerdotibus · ⁊ tactus il lorum que tangenda sunt · Ter cium est forma verborum · Quar tum est sexus virilis · quia muli er non recipit caracterez ordinis Quintum est intentio · Sextū ē q ordināndus sit baptisat? · bap tismus est enī ianua omniū sacra mentorum · Quoddā est hic sa cramentū tātū vt instrumētū vi sibile quo ptās tradi onditr · q̄d dā est res tm̄ scz grā que offert · quoddā est res ⁊ sacramentum vt caracter Septē sunt ordies Primus est hostiarius · Secun dus est lectorat? · Teraus exor cistatus · Quartus acolitatus · Quintus subdiaconatus · Sex tus diaconatus · Septimus pre sbiterat? · qui est omniū ordinū pfectissimus ⁊ terminus aliorū · Alij autem sunt quasi sex grad? quibus ad thronum ascendit sa lomonis · Actus hostiariorum ē custodire locum confectionis sa cramentorum ab his qui immun di determinati sunt · id est ab ex cōmunicatis · Actus lectorum ē pphetias legere · Act? exorcista rum est arcere demones per cōiu rationem ne dominentur in corpo re nondum baptisato · Actus a colitarum est designare lumē eu angelij i lumine corporali · Act? subdiaconorum est oblationes accipere ab offerentibus ⁊ eas offerre diacono · Legere autem epistolam non est actus eorum principalis sed cōueniens Act? diaconorum est ordiare hostias in altari · p̄diare autem vel legē euangelium est consequēs · Ac tus presbiterorū est cōsecrare cor pus ⁊ sanguinem xp̄i · ⁊ hic est actus principalis · Alius est cō sequens scz ligare vel soluere · p quem actuz preparatur corpus mysticum vt sit aptum ⁊ idoneū ad perceptionez corporis xp̄i ve ri ¶ In quolibet ordine caracter imprimit · ꝯ quando fiat hoc nūc dicendum est · Hostiarius quidē imprimit qñ dat eis clauis ⁊ di citur eis sic · agite tanq̄m rationē reddituri deo p̄ro reb? que clau bus istis recludūtur · Lectoribo caracter imprimit cuz episcop?

r · iij ·

ei librum cū debita forma verbo
rū porrigit · Exorcistis imprimi
tur cū dat eis liber exorcistarum
cū forma verborū Acolitis impri
mit in verbis que dicit episcop?
cū dat acolito candelabrū · Sub
diaconis imprimit qñ eps cū for
ma verborū dat calicē vacuū · et
cetera vasa quorū vsus est in con
fectione eucaristie · Diaconis ⁊
presbiteris imprimit qñ eps ipo
nit manū capiti cū verbis ad hoc
statutis ¶ Predictos ordines
xps exercuit · Hostiariatū quā
do vendentes ⁊ emētes eiecit de tē
plo · Lectoratū exercuit cū i me
dio semorū librū Ysaie apiens le
git · Exorcistatū qñ demoniacos
sanauit Acolitatū qñ dixit · ego
sum lux mundi. Subdiaconatū
qñ lintheo se precinxit ⁊ pedes di
scipulorū lauit · Diaconatū quā
do in cena corpus ⁊ sanguinē suū
discipulis ministrauit ⁊ dormien
tes apl̄os excitauit · Presbitera
tū qñ se i ara cruc̄is obtulit · ⁊ qñ
do in cena panē ⁊ vinū in corpus
suū ⁊ sanguinē mutauit ·

¶ De qualitate ordinādorum ·
Capitulum · xxxv ·

QValitas ordinandorum
cōsistit duobus · scz i fa
ciendis ⁊ in deuitandis
Facienda sunt hec · Sit in mori
bus pudic? · xliij · di · pagraphō
prīo ¶ In habitu honestus · xli
di · pagra · prīo · Cibo ⁊ potu
tempatus · extra de vita ⁊ hone
state clericorū · a crapula ¶ Cō
petenter q̄muis nō eminent litte
ratus · extra de electione · cuz no
bis · ¶ Māsuetus ⁊ modestus ·
xli · d · pagra · prīo · ⁊ p totū ·
¶ Tonsurā deferat clericalez · ex
tra de vita ⁊ honesta · cleri · cleri
cus ¶ Hospitalis · xvi · q · pri ·
quomā ¶ Doctor in predicati
one · xliij · d · pagra · p̄ · Corre
ctor vitiorū p virgā discipline.
lxxxvi · d · c · ij · ¶ Exemplum
prebeat bone vite · iij · q · vij · c ·
porro in fi · Bone fame · i · d · c ·
post ¶ Residentiā in ecc̄a sua fa
ciat vel beneficio. extra de cleric̄s
nō resi · p totū · ¶ Vnicuz suffici
at bñficiū hīs curā aiarū · extra
de prebendis de multa ¶ Bonus
sit gubernator familie · xlviij · d ·
c · necesse · ¶ Nec sunt clericis vi
tāda · Omne crimē mortalis pec
cati · extra de tpibo · ord · ex teno
re · ¶ Nō litigiosus · xlvi · di ·
¶ Nō cupidus · xlvij · di · Non
lusor · extra de vi · ⁊ honest · cleri ·
cleric̄s · ¶ Nō negociator · extra
ne cleri · vel · mo · p totū · ¶ Nō
exerceat venationes clamosas ·
extra de cleri · venatore p totū ·
¶ Nō sit incōtinens nec mulieri
bus cohabitet · extra de cohi · cle
ri · a nobis ¶ Nō sit in cēmessa
tionibus ⁊ fabulis · xli · di ¶ Nō
interfit spectaculis inhonestis ·
extra de vita ⁊ honest · cum decorē
¶ Nō immisceat se negocijs se
cularibus extra ne · cleri · vel mo ·

n.s. Joculatoribꝫ ⁊ histrionibꝫ nō debet intendere · extra de vita ⁊ hone · cleri · clericā · ¶ Tabernas debet vitare nisi in itinē · extra de vita ⁊ hō · cleri · clericā · ¶ Doraʒ nō debet negligere extra de cele · missarū · c · dolētes ¶ Justū iudiciū nō debet vendē · p · q · i · si q̄s e piscop? ¶ Ecā astica sacramenta nō pacto ꝫ gratis debet dare · extra de simo · suam · ⁊ q · p totū ¶ Nō sit excōicatus vel suspens? aut irregularis · extra de sētentia excōmunicationis · cū illorum · ¶ Nō apostata · extra d apostatis ⁊ vltio · ¶ Nō sit simoniac? in ordie vel benefiāo · i · q · i · ⁊ extē de simo · q̄si p totū ¶ Nō solemniter penitēs · l · di · ex penitētibꝫ ·

¶ De ipsa ordinatione · Capitulum trieſimumſextum ·

OMnes eandē escam spiritalē māducauerunt ⁊c. p. corinth. x. ¶ In verbis istis ostēdit ap'lus verū esum corpis xpi in lege noua traditū figuraliter i lege veteri precessisse. ibi. Omēs eandē escaz spiritalem māducauerunt. scilicz prēs exeuntes de egipto aguū pascalem edentes q̄ corpus xpi verum figurabat.

¶ Secūdo insinuat eosdez potū sanguinis xpi spūaliter bibisse. ibi. et omēs eundē potuz spiritalem biberunt. scicz sanguinez ihesu christi.

¶ Tertio ostendit huiꝰ potuꝰ figuram in aqua quā mopseꝰ eduxit de petra. ibi. bibebāt autē de spiritali consequēti eos petra ⁊c. Require de sacra eucharistia li. vi. ca. xi. ¶ De eodē.

MUlti sunt vocati pauci vero electi. Math. xx. In hiꝰ verbis beatus euāgelista matheus dūplicē effectū gratie innuit

¶ Primo grē preuenientis p quā ad penitentiā vocamur.

¶ Secundo grē subsequentis p quam perseuerantes in penitētia glorificamur. quia aūt multi gratiam abijciunt quam percipiunt ideo mlti vocant quidem ad gloriam sed non perueniūt. quia gr̄ā per quam solaz venie poterāt a se abijciunt. Contra quos apostol?. Non abijcio gratiam dei. Pauci autē in subsequenti gratia que sola perduat ad gloriaz p seuerant. ideo ⁊ pauci ad gloriā eliguntur. ¶ Circa verba ꝓpositi thematis notandum q̄ nullus ad gloriam efficaciter eligitur nisi per infusionē gratie iustificat. Require de iustificatione impij. libro. vi. ca. xxx. De eodē

SUfficit tibi gratia mea. Nā virtus in infirmitate perficitur. ij. corinth. xij. ¶ In verbis istis deus dator gratiarū commēdat gratiā dupliciter.

¶ Primo tanq̄m nobile semen i agro cordis seminatum generat sufficientiam meritorū. quia gratia est principiuz meritii sine ea nulluz opus meritoriū iudicat. ibi. Sufficit tibi gratia mea.

¶ Secundo q̄ virtus a lumine gratie fluēs causat copiā meritorum. ibi. nam virtus i infirmitate perficitur. quasi dicat Virtus per infirmitatem tanq̄m per suū oppositū perficit ⁊ cōseruat. p fīā at ⁊ cōseruata in gloriā induat

Requiē de grā libro · v ca · iij ·

EXijt qui semi ¶ De eodē
nat seminare semē suuz ac · Lucē · viij · ¶ Jn bijs verbis xp̄s de seipso tria per ordiez insinuat et ostendit ·

¶ Primo q̄ d̄ secreto inuisibilis sue deitatis · id de sinu patris exiens se mundo publicauit · ibi · exiit · iuxta illd̄ iohannis · Exiui a prē a veni in mundū ·

¶ Secundo q̄ mundū deserтū a meultū inuenies omne semē verū i eo seminauit · ibi · qui seminat seminaē ·

¶ Terão q̄ semē diabolicū ātequ suū aduentū iactum a suo semie discrepauit · ibi · semen suuz · qđ longe discrepat a semine diabolico · Circa verba p̄positi thematis notandū q̄ sicut diabol⁹ seminauit i mūdo falsitatē a viā ita eōuerso xp̄s seminauit veritatē ac virtutes Require de virtutibo libro q̄nto capl̄o q̄rto ·

¶ Dñica prima in q̄dragesima ·

SJ distribuero in cibos pauperū omes facultates meas ac · p̄me Corinē · xiij · ¶ Jn bijs verbis p̄bat apl̄s nullū op⁹ quātumcūq; arduū esse meritoriū a pd̄ deū sine caritate · a ad hoc vtitur duplicā argumēto ·

¶ Primo arguēs a rebus exteri oribus ad sustentationē corpis ordinatis ·

¶ Secūdo assumit argumentū ab affectionibo mentis quibus scz affic̄mur naturaliter circa corp⁹ · quasi dicat · Si hec duo que inter omia in hac vita diliguntur exposita sine caritate non p̄sunt ad vitam eternā · ergo nullus alius actus valz qui fit sine caritate Require de caritate libro · v · capitulo · xxv · ¶ De eodem ·

RESpice fides tua te saluū fecit · Luce · xvij · ¶ Jn verbis istis xp̄s ceco ab ipso illuminato loquens duo facit ·

¶ Primo vtutē latētis in se duumitatis manifestat quādo imperatiue dicit · respice

¶ Secundo effectū fidei catholice expresse demonstrat · ibi · fides tua te saluuz fecit · Require de effectu fidei li · v · ca · xvi ·

Jn ōmibo exhibeamus nos sicut di ministros · ij · ad corīth̄ · vi ¶ Licet omnipotens xpi ministri sibi debeāt ministeriū exhibere · Apostol⁹ tñ hortat in bijs diebo ad misteriū dei specialiter dedicatis mistros xpi se plus solito ad mīstrādū ei sollicitos exhibere · a ad hoc ātuor ex ordine ponit ·

¶ Primo exhortās vt ois tempora negligētia remoueatur · ibi · in ommibo · ne scilicet aliquod facē dum negligatur ·

¶ Secūdo vt op⁹ mī ministerij voluntarie nō ex coactiōe aliq̄ offerat · ibi · exhibeam⁹ nosmetipos

¶ Terão vt omne opus nostri mīsterij in deum dirigat · ibi · sicut dei ministros ·

¶ Quarto vt affect⁹ ad mistrā

dū deō ꝯcept⁹ p effectū oñdat. ibi. in mlta patientia ⁊ tribulatione ⁊c. ¶ Circa v̄ba ꝓpositi thematis notādū q̄ hic proprie cristo ministrat qui sue volūtati i oibus se cōformat. Require de conformitate volūtatis nr̄e. li. primo ca. xxxij. De eodem.

Ductus est ihesus in desertū a spū vt temptaret a diabolo. Matb. iij. Beatus euāgelista in verb̄ ꝓtactis tria cōsiderāda innuit.

¶ Primo q̄ ab iterne quietis cōsolatione desertus temptationi salubriter exponit. ibi ductus est ihesus in desertū.

¶ Secūdo q̄ desertū spiritus sancti permissione efficit. ibi a spū.

¶ Tercio q̄ diabolo dispensacōne dei ad temptādū dat. ibi. vt tēptaret a diabolo. ¶ Circa verba ꝓpositi thematis notandū q̄ ad resistendū temptationi diabolice maxie valet cōsideratio penarū inferni. que succumbentib⁹ tēptationi infligunt. Require de pen⁹ inferni li. vij. ca. xx.

¶ Dñica secūda.

Non enī vocauit nos deus in immūdiciā. ⁊ in sanctificatiōnē p. tessal. iij. ¶ In verbis p̄missis distinguit apl⁹s vocationē dei a vocatione diaboli ⁊ hoc per duo oppositā.

¶ Primū est immūdicia ad quā diabolus filios suos vocat. ibi. ñ vocauit nos deus sc̄z filios suos in immūdiciā sicut diabol⁹ suos vocat

¶ Secundū oppositū est mūdicia seu sanctificatio que opponit immūdiciē ad quā deus electos suos inuitat. ibi. sed in iustificationem. ¶ Circa v̄ba ꝓpositi thematis notandū q̄ immūdicia ad quā de⁹ nullū vocat. sed prohibz ⁊ detestat est peccatū mortale. Requiē de septem vicijs in genere. libro. iij. ca. xnij. ¶ De eodē

Mulier chananea egressa a finib⁹ illis clamabat dicēs. miserē mei fili dauid. Matb. xv.

¶ Ad cognitionē dei adipiscendaz beatus apl⁹s in verbis istis tria innuit attendenda.

¶ Primum est peccati mortalis actualis discretiō. ibi. mulier chananea a finib⁹ illis egressa.

¶ Secundū est defectuū nr̄ōrū ⁊ peccatorum cognitio. ibi. filia mea. id est ania male a dēmonio torquetur.

¶ Terciū est de⁹ per orationē appropinquatio. ibi miserere mei. ⁊ tunc sequitur diuina cognitio ibi. fili dauid. Licet autē excellētia dei tanta sit vt a nullo valeat cōprehendi. cognoscit tñ per q̄n q̄ notiones. Require de excellētia di libro primo ca. xxi.

¶ Dominica tercia.

Fratres ei aliq̄n tenebre. nūc autē lux in dño. Ad ephē. v. ¶ Circa statū veracit pen tētiū in verbis istis ponit apost⁹ triplicem gradum seu pcessum secundū triplex tempus. sc̄z p̄ns preteritū ⁊ futurū.

¶ Primus gradus preteriti tpis ē peccati tenebrosita. ⁊ hec est recognoscēda ⁊ flēda. ibi Erat is enī aliquādo tenebre.

¶ Secundus gradus presentis tempis ē iustitie ⁊ penitētie luminosita. ⁊ hic est iugiter retinēdus. ibi. nunc autē lux in dño.

¶ Terćus futuri tpis est pseuerantie virtuosita. ⁊ hic est apprehendēda. ibi. vt filij lucis ambulate. ¶ Circa vba ꝓpositi thematis notandū q filij lucis sunt veraćt penitētes. a quorū cordibus peccōrū tenebre fūt per infusionē lucis grē effugate. Require de penitētia libro. vi. ca. xviij.

Vm fortis ar matus custodit atriū suuz in pace fūt omia que possidet Luce. xi. ¶ Circa effectū fortitudinis in vbis pmissis xps triplicem cōditionem innuit euidenter.

¶ Primo ostēdens q a principe tenebrarū telis siue pfidie non poterit vulnerari. q; armat? est scilicet armis luć? ać.

¶ Secundo declarans q cordis eius atriū p pugnā temptatois nō valet expugnari. quia custodit atriū suū sez virilit resistēdo.

¶ Terćo inuēs q thesaurus virtutū reconditus in anima nequaqm poterit asportari. quia in pace sunt omia que possidet Require de virtute fortitudis libro. v. cap'o. xxxv. ¶ De eodem.

Lla autē que sursuz est bie rusalē libera est q est mater nrā. ad Gal. iiij. Vt carer huius mundi quē reprobi pro paradiso sibi eligūt cōtemnat. ⁊ bie rusalē habitatio celestis quevera est electorū patria appetatur. Apostol? ad ꝓpoćandum illic desiderium nostrū. illius ćuitatis conditiones preclaras pōit in verbis predictis. ꝛmendans eam primo aliter a quadruplići cōditione cōtraria conditiombo hui? mūdi in quo nūc pegrinamur.

¶ Prima est ei? bonitas quia illa sursū tanqm i secreto ⁊ sano situ. hec autez ćuitas terrestris nrē habitationis deorsuz ē in fetore ⁊ cōtinua anxietate ⁊ pturbatione.

¶ Secūda est paćs multiplićtas. quia bierusalē dićt visio paćs. quia ibi perfecta pax erit. hec autē plena iniquitate ⁊ dissensione. iuxta illd ps. Vidi iniqtatē ⁊ cōtradictōnē in ćuitate.

¶ Terća est libertatis ei? nobilitas quia libera est. hec āt dijs alienis. id ē vicijs ⁊ pcās seruit q nō dāt ei requē die ac nocte. iuxta illd. Qui fać peccatū seru? est peccati.

¶ Quarta ē caritatis copiosita? quia mr nrā q sez amat filios ⁊ a matur ab eis. Vnd semp ibi est amor mutuus oim illic habitāti um. hec autem odiū ⁊ inuidia repleta ē. iuxta illud hieremie. Vnusquisq; a frē suo cauēat ⁊ a proximo suo attendat. Require de gaudijs huius celestis bierusalē. li. vij. ca. xxx. ¶ De eodem.

Abijt ihesus trans mare galilee qđ est tiberiadis ac Johānis .vi. ¶ Circa actū vere penitētie informandū beatus iohannes i verbis ꝓpositis tria facit que ad verā penitentiam pertinent.

¶ Primo enī ostēdit q vere penitentē actū peccati mortalis oportet ex toto deserere. ibi Abijt ihesus .id est salutē querēs abijt relinquendo scz peccatū.

¶ Secūdo innuit q amaritudinē satisfactōnis annexā penitentie oportet ōmino trāsire. ibi. trās mare galilee qđ est tiberiadis

¶ Tercio docet luās exēpla eos qui peccauerāt alijs ostēdere. ibi sequebat eū multitudo magna. quia videbāt signa scz vere penitentie sup hijs qui infirmabant. scz infirmitate mortalis pcā Require de pnia. li. vi. cap. xix.

¶ Dominica in passione. Si sanguis hircorū ⁊ thauorū ⁊ cinis vitule asperſus inquinatos sciſicat. ad hēb. ix.

In verbis istis apls ꝓ locum a maiori arguēs ꝓbat efficaciam mortis xpi. quasi diceret Si illđ qđ videt minus inesse inest. ⁊ qđ magis videtur inesse inest. Distinctionē tamē inter sanguinez hircorū ⁊ thaurorū et cinerē vitule asperſum ⁊ inter sanguinē xpi ponēs duo facit.

¶ Primo enī ostendit q ꝑmus animaliū sanguis secundū legis ceremonias carnē emūdabat. id est emundatos exterius coraz hominē ostendebat. ibi. Si sanguis hircorū ⁊ thaurorum ⁊ cinis vitule asperſus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis.

¶ Secundo innuit q sanguis ipsius christi conscientiā interius purificat. ibi. quātomagis sanguis xpi qui per spiritum semetipsum obtulit immaculatū deo emūdauit cōscientiā nostrā ab operib? mortuis ad seruiendū deo viuenti. Require de passione xpi libro ꝗrto. ca. xviij. ¶ De eodem.

Dixit pater meus qui glorificat me quē vos dicitis quia deus vester est Jo. viij. In verbis istis ad ostendendū se verum dei filium xps quatuor facit.

¶ Primo enī ostēdit patrem suum semp imutabiliter substitisse ibi. Est pater meus Juxta illđ ps. Tu autē idem ipse es. et ideo solus est deus verus cuius hoc nomē est. est.

¶ Secundo innuit se deū de deo ꝑ generationē eternā processisse. ibi. qui glorificat me scz cōmunicādo diuitatis siue essentiā. ita vt sim deus verus de deo vero. ibi. quē vos dicitis quia de? vester ē.

¶ Tercio declarat ipsū patrē suum legē moysi dedisse.

¶ Quarto ꝓbat eos a lucē diuine agnitionis in ignorātie tenebras cecidisse. ibi. et non cognouistis eū. ¶ Circa vba ꝓpositi thematis notandū q deus pater filium generando e ū a se multipliciē glorificauit qu ādo eum ad imaginē

suam genitū triplicā excellentiā insigniuit· Require de imagine que filius est et de eius triplicā excellentia libro primo capto· vi·

¶ Dominica in palmis

Humiliauit semetipsū factꝰ obediens vsq; ad mortē mortem autē crucis· ad phil· ij· In hijs verbis ostendit aplus xpm tanq; verū medicū infirmitatē prie preuaricationis primorū parentū per contrariū remediū curasse· et ad hoc intelligendū tria innuit·

¶ Primo q; cōtra superbiā eorū qui se contra deū erexerunt xps semetipsū humiliauit· ibi· humiliauit eni semetipsū·

¶ Secundo q; contra eorū inobedientiā qua se deo opposuerunt se ad mortis obedientiaz inclinauit· ibi· factus obediens vsq; ad mortem·

¶ Terāo q; contra fructū sumptū de ligno vetito mortē i ligno crucis tolerauit· ibi· mortē āt crucis Juxta illd· vt qui p lignū vincebat· p lignū q; vinceret· Require de passione xpi li· iij· ca· xix·

Gáte filie syon ¶ De eodē·

Ecce rex tuꝰ venit tibi mānsuetus sedens sup asinā et pullū filium subiugalis· Matth· xxi·

In verbis ꝓpositis circa aduentū xpi ꝓpheta tria facit·

¶ Primo enī ostēdit se tantum ꝓpter videntes eū per fidē in carne venisse· ibi· Dicāte filie syon· id est me expectantibo per fidem· quia syon speculatio interꝓtat

¶ Secūdo innuit hijs solis et nō alijs se mānsuetū aduenisse· ibi venit tibi mansuetus ecce rex tuus· q; alijs dñs erit et intolerabil

¶ Tercio mānsuetudinē ipsam ꝓbat eum per effectū ostendisse· ibi· et sedens super asinam et filiū subiugalis· ¶ Circa verba propositi thematis notandū q; xps per meritū suuz quo electis suis meruit ostendit eis mansuetudinem suā· Require de merito xpi libro quarto· capto· xv·

¶ Dñica in pasca·

Non est hic surrexit ei sicut dixit venite et videte locū vbi positus erat· Matth· vltō·

¶ Circa resurrectōnis dñice veritatem angelus dñi loquens verba huius thematis duo facit·

¶ Primo enī ꝓbat christuz verba sua que ante mortez predixerat efficaciter impleuisse· ibi Surrexit sicut dixit·

¶ Secundo ostendit eum ꝓ vacuitatem sui sepulchri argumenta sue resurrectiois reliquisse· ibi venite et videte locum vbi positus erat dñs· quia locus sciz ipse vacuus est· Require de resurrectione christi libro quarto· ca· xxij

¶ De eodem·

Ito cūtes dicāte discipulis eius quia surrexit· Matthei vltimo· ¶ Circa vtilitatem resurrectōnis ipse angelus domini tria intendit·

¶ Primo ne dilata ignorātia resurrectiois dñi discipuliꝰ dubiū

importat · ibi · ato eũtes ·

¶ Secõ ne resurrectõis rumor ad icredulos prio puenīat · ibi · dīte discipulis ei? ·

¶ Tercõ vt nũciata resurrectõ merorẽ a discipulorũ mẽtibo excutiat · ibi · q; surrexit · Require de resurrectõe dñi li · iij · ca · xxij

¶ In octaua pasce ·

Omne qđ natũ ẽ ex do vinãt mundũ · Et hec ẽ victoria q̃ vinãt mũdũ fides nr̃a · prime Joh̃ · v · In verbis istis btũs iohãnes tria itẽdit

¶ Primo enĩ innuit diuersã eẽ natiuitatẽ · ibi · Omne qđ natũ ẽ ex deo · q̃si diceret · Di nõ est natꝰ ex deo ergo relinquit̃ q̃ sit natus ex carne ⁊ diabolo ·

¶ Secũdo q̃ hec sola natitas mũdi generat victoriositatẽ · ibi vinãt mundũ · quasi diceret · Dz natiuitas a diabolo · De q̃ iohes Vos ex prẽ diabolo estis · vmãtur a mundo ·

¶ Terão ponit victorie mũdi q̃litatẽ · ibi · hec est victoria que vinãt mundũ fides nr̃a · ¶ Circa verba ꝓpositi thematis notãdũ q̃ militi xp̃i summi regis qui ab eo ⁊ ecclesia sponsa sua natus ẽ ⁊ verus hęres futurꝰ est regni patris sui semp est pugnandũ contra inimicos ipsius patris sui · qui sunt viãa et pecata · Requiẽ de septem vicijs in genere libro terão capitulo · xiij ·

Gauisi sunt discipuli viso domio · Jobis · xx · In vbis p̃dictis btũs iohes triã facit

¶ Primo ostẽdit discipulorũ tristiãã de morte xp̃i habitã · ibi Gauisi sunt · sciliz qui tristes erãt

¶ Secũdo innuit fidem eorũ de xp̃o prius habitã i ipsis renouataz · ibi · discipuli · quasi diceret · licet in morte omẽs relicto eo fugerent · nunc tamẽ fidem priorez resumptã tenent ·

¶ Terão declarat materiã gaudij ex visiõe domi generatã · ibi · viso domio · ¶ Qualiter autẽ anima deũ videat seu cognoscat · Require libro · vij · ca · xxv ·

¶ Dñica pria pꝰ octauã pasce

Gratis aliquãdo sic oues errantes ꝙ conuersi estis nũc ad pastorem ⁊ ep̃m animarũ vestrarũ · prime Pe · ij · In verbis premissis beatus petrꝰ cõuersis ad xp̃m fidelibo innotescit tria ·

¶ Primõ q̃ ante cõuersionẽ a via veritatis errauerunt · ibi Eratis aliquãdo sicut oues errantes ·

¶ Secũdo q̃ rectorẽ iustuz et doctorẽ veritatis iuenerũt · ibi · ꝙ conuersi estis nunc ad pastorem ·

¶ Terão q̃ suas aias cure veri p̃lati dimiserũt · ibi · ⁊ ep̃m aiarũ vrãrũ ¶ Circa vba ꝓpositi thematis notãdũ q̃ fideles laudãt digne q̃ relicto malo p̃lato sciz diabolo sub cuiꝰ obedietia oberrauerũt ⁊ i tenebris ãbulauerũt ⁊ se ad xp̃m verũ p̃latuz q̃ ẽ via veritas ⁊ vita se conuerterũt · Require de maliãa diaboli contra nos li · ij ·

ca·xxxvij· ¶ De eodem·

Sicut nouit me pater a ego agnosco patrē · a animaz meā pono p ouibo meis · Joh· x· ¶ In hijs verbis xp̄s se verū deum probat insolubili argumēto qđ sic poterit informari · Creator eū sit incōprehensibilis a creatura nō potest cognosci ea pleitudine cognitionis qua creatura cognoscit a creatore · ꝟ xp̄us nouit prēm eo mō quo nouit pater eū · ergo nō ē creatura ꝟ creator deus de deo · a scđm hoc duo hic ponunt ·

¶ Primo q pat filiū nouit plene · ibi · Sicut nouit me pater ·

¶ Secūdo q filius patrē eatē similitudine cognitionis cōprehendit · ibi · a ego agnosco patrē · Illud autē ad uerbiū similitudinis sicut · similitudiez hui? mutue agnitionis oñdit Dicit eñ boetius q trinitas sibi sola nota est a soli xp̄o · Require de incomp̄hēsibilitate đi libro prio ca· xvi

¶ Dominica secūda·

Omnes honorate · fraternitatē diligite · deū timete · regē honorificate · i· Pe· ij· ¶ In verbis istis beat? petrus qđruplicē gradū pfectionis ponit·

¶ Primo eñ hortat a inuit vt nullus hominū cuiuscūq; cōditionis aut secte fuerit contemnat · ibi · omnes scz indifferenť honorate · ne a vb videlicet irrationabilit in aliquo delonestent

¶ Secūdo istruit vt fraternitas diligatur in cōmestionis fidei qui frēs sūt spāliter ēnsendi tāqz ex vno prē xp̄o a sponsa sua ec clesia generati · ibi · fraternitatez diligite ·

¶ Terćo informat vt deus supbia timeatur · qui scz solus post ḡm ocādit habet ptātem mittere in gehennā ignē ·

¶ Quarto docet vt p̄latis quos deus capita nra posuit honor debitus exhibeat · ibi · regez honorificate · noie scz regis prelatū intelligens quēlibet nos regentē ·

¶ Circa verba ꝓpositi thematis notandū q veracter timentes deum predicta tria de facili seruāt Quia dicit ecā · qui timet deū nichil negligit · ergo nullū cōtemnit · fraternitatem diligit · p̄lato ꝓpter deum se subjicit · Require de timore dei li· v· ca· xxxviij·

¶ De eodem·

Nunc quidē tristiciā habetis Iterū autez videbo vos a gaudebit cor vestrū · Joh· xvi· ¶ In verbis istis ad consolationez electorū veracter penitētiū christ? tria ponit ·

Primo eñ ostendit cōtritionis eorum fructuosā mesticiā · ibi · Nunc quidem tristiciā habetis ·

¶ Secūdo declarat diuine consolationis subsequētis leticiā · ibi · iterū autē videbo vos · id est per respectū grē iterū ꝛsolabor vos · Juxta illd ps̄ · Scđm multitudinē dolorū meorū scz in cōtritione habitorū ꝛsolationes tue leti

ficauerunt animam meam.

¶ Terão ꝓmittit gaudiꝫ eē mq̄ ipse ē fruitionē cōtinuā. ibi. ⁊ gaudebit cor vestrū scz q̄ exvisiōe vultꝰ mei i futuro habebitis quod nēo tollet a vob. quia ꝑ cōfirmationis gratiā mihi vnemim et semp vnus spūs mecuz eritis. Juxta illd ioh. In illo die cognoscetis quia ego in patre ⁊ pater in me ⁊ ego in vob. Circa vba ꝓpositi thematis notāduz q̄ electi in pñti in contritione de peccatiꝭ cōmissiꝭ ⁊ tristātur. sicut econuerso reprobi q̄ filij fuit huiusmūdi cū male fecerīt letāt. Sed hic ꝑ grāz ⁊solāt. ⁊ in futuro eterno gaudio ꝑfruūt filij xpi. Mūdi āt filij duxerūt in hoc mundo suos dies in bonis in dei contemptū. ideo in puncto ad inferna descēdēt. Et quia cōtritionis amaritudo parit futuri gaudij suauitatē. ido ad eā est ꝓperādū. Require de cōtritione li. vi. ca. xxij

¶ Dominica tercia.

Ira viri iustitiā dei nō operat. Jacobi prīo. ¶ Inverbis istis btūs iacobꝰ dupliciē cōditionē ⁊ effectū ire describit.

¶ Primo q̄ ira deordinat etiam hoiem vtuosū. ibi. ira viri scz virtuosi qui viret in bono ope. quia vir dicitur a viriditate.

¶ Secūdo q̄ in bonis opibꝰ reddit infructuosū. ibi. iustitiā dei nō operatur. Require de ira. li. iij ca. xvij. ¶ De eodem

Lle arguet mundū de peccato ⁊ de iustitia ⁊ de iudicio Jo bis. xvi. ¶ In verbis ꝓpositis xps triplicē effectū aduentꝰ spiritus sācti exprimit secundū distinctionē triplicis tpis. scz presentis. preteriti ⁊ futuri.

¶ Primo q̄ quantū ad tēpus preteritū de omisso peccō facit cor q̄d mundanū fuerat dolē. ibi. ille arguet mundū. id ē cor quod mūdi supbiā. carnis cōcupiscentiā et auaritiā i se habuerat ad dolorem cordis ducēdo. ⁊ hoc de peccō scilicet commisso.

¶ Secō q̄ quātū ad pñs tēpus iustitiā quā deseruerat facit tenere. ibi. ⁊ de iustitia scz omissa. Terão facit quo ad futuꝝ tēpꝰ diez extremi iudicij timere. ibi. et de iudicio. ¶ Circa verba propositi thematis notanduz q̄ qui habet iustitiā vtrūq̄ horū habet quia et de peccō iuste dolet quod cōtra iustitiā cōmisit. ⁊ diē iudicij timet in quo iustitia iudicabitur. secūdū illud ps. Cū accepero tēpꝰ extremi iudicij ego iustitias iudicabo. Require de iustitia li. quinto capꝰ. xxxvi.

¶ Domica q̄rta.

Qui autez ꝓspexerit in lege perfecte libertatis ⁊ pmānserit in ea nō. Jacobi prīo. Circa caritatis perfectionem seu seruationem que sola est lex perfecte libertatis que hominē liberuz reddit. ⁊ in se oēs alias leges includit. beatus iacobꝰ tria in his verbis facit.

¶ Primo oñdit q̄ ad legē diui
ne caritatis diligēter sit inspiāē
dū · ibi · qui āt pspexerit in lege
pfecte libertatis ·

¶ Secūdo innuit q̄ id qđ eatē
caritatis lex dictat ⁊ eqcet sit o
peribo adimplendū · ibi · ⁊ pmā
sit nō auditor obliuiosus fact? ·
ꝫ factor opis · iuxta illđ iob · si
lioli nō diligam? verbo neq; lin
gua · sed opē ⁊ veritate ·

Tercio instruit q̄ per bāc solam
se speret hō btitudis p̄miū ꝺsequn
dū · ibi · hic beatus in facto suo e
rit · quia caritas est forma aliarū
virtutū ⁊ fine ea nullū opus me
ritorū iudicat? Require de carita
te li · v · ca · xxv · ¶ De eotē ·

Exiui a prē ⁊ veni in mūdū
Iterū relinquo mūdū ⁊ va
do ad prēz · Joh · xvi · ¶ In bis
verbis xp̄us oñdit se deū ⁊ hom
nē p modū duplicē ·

¶ Primo p duplicē generacōez

¶ Secūdo p duplicē suam in cē
lum reuersionem ·

¶ Prima eius natiuitas ineffabi
lis ⁊ eterna est a prē · ⁊ hec innu
it qñ dicit · exiui a prē scz de? ve
rus ⁊ genitus de deo vero ·

¶ Secūda eius natiuitas mira
bilis ē a mrē · ⁊ hāc oñdit qñ sub
iūgit · et veni in mūdū · scz nat?
verus deus ⁊ hō de vgine mrē ·
Idē p̄bat p duplicē regressionē

¶ Prio būamitatis veritatem p
hoc q̄ mundū reliquit · ibi · iterū
relinquo mundū · qđ diuinitati
sue nō ꝺgruit quevbiq; est · nec
relinquere potest mundū · quia i
ipso viuim? · mouemur · ⁊ sum?

Secundo ostēdit diuinitatis
cū prē equalitatem · ibi · ⁊ vado
ad prēm ad eius sessurus dextrā
tanq̄m ei equalis · ¶ Circa vba
propositi thematis notanduz q̄
licet generationem eius eternā p
quā exiuit a prē nullus sufficiat
enarrare · scđm illud ysa · Gene
racōnē eius quis enarrabit · gene
racōnē tm tp̄alē eius a mrē sancti
vbiq; attemptāt explicaē · Re-
quire de mō incarnationis li · iiij
ca · vi · ¶ In ascensione ·

Hic ihesus qui assumptus ē
a vob in cēlū sic veniet quē
admodū vidistis eum euntē i cē
lum · Act · prio · ¶ Circa iudi
ciariam xp̄i potestatē que erit i ex
trema die angeli qui astiterunt
iuxta apl̄os ipso assumpto duo
innuūt ⁊ ostēdunt ·

¶ Primo q̄ forma humana est
iudicatur? · ibi · hic ihesus q̄ assū
ptus est a vobis · scilicz in forma
humana ·

¶ Secūdo q̄ nubibo baiulis sit
ad iudicium reuersurus · ibi · sic
veniet quemadmodū vidistis e
untē in cēlū · q: secundū p̄s · Po
mis nubē ascensū tuū · ⁊ Actuū ·
⁊ nubes suscepit eum ab o · e ·
Requiē de ascensione xp̄i libro
quarto cap̄ · xxiij · ¶ De eotē

Dominus ihesus postq̄m lo
cutus est eis assumpt? est
in cēlū ⁊ sedet a dextris dei · Mar
ci vltimo · ¶ Circa ascensionem

dominicā beatus marcus triā declarat in verbis premissis.

¶ Primo q̄ ante suum ab eis recessum discipulis valedicens est eos curialiter consolattus. ibi. dominus ihesus postq̄m locutus est eis.

¶ Secundo se deū celi ostēdēs per ascensionē motu ꝓprio factā illud est ꝓtestatus. ibi. assumptus est in celū.

¶ Terāo equalē se deo exhibēs in equalitatis argumētū est ad eius dextrā collocat⁹. ibi. a sedet a dextris dei. Requirē de ascensione dñi libro quarto ca. xxiij.

¶ Dominica infra octauā.

Ante oīa mutuā inwobismet ipsis caritatē ⁊tinuā habentes ac̄. p. pe. iiij. Beatus petr⁹ in verbis pretactis fideles ad caritatis virtutē exhortās⁹ quatuor ex ordine ponit.

¶ Primo q̄ in caritate habenda super omnia sit studendū. ibi. ante omnia.

¶ Secūdo q̄ caritatis vinculū ex radice cordis sit ꝓxis exhibēdū. ibi. mutuā in wbismetipsis

¶ Terāo q̄ tam in ꝓsperis q̄m in aduersis sit bonū ꝓximi diligēdum. ibi. ⁊tinuam habentes. iuxta illud prouerb. Omni tēpore diligendus est amicus. gl. in ꝓsperis ⁊ aduersis.

¶ Quarto q̄ caritatis emolimētū vt seruetur artius sit iugiter attēdendum. ibi. quia caritas. scilz habita operit multitudinē peccatorum. quia qui est vel manz in caritate i deo manet ⁊ deus in eo Si autē deus in eo manet peccatū mortale locū in anima sua nō habet. Require de signis dilectionis li. v. ca. xxvij. ¶ De eodē

Cum venerit paraclit⁹ quē ego mittā wbis a prē. Jo bāmis. xv. In verbis premissis ostēdit xp̄s exp̄sse tres psonas in vna essentia deitatis.

¶ Primo ei designat paraclitū scz spiritum veritatis. ibi. Cuz venerit paraclitus.

¶ Secundo ostēdit se filium. ibi. quem ego scz media in trinitate persona dei filius.

¶ Terāo declarat patrem tot⁹ trinitatis principium. ibi. a prē. Requirē de trinitate psonarū li. primo capitulo tercio.

¶ In pentecoste.

Paraclitus spūs sanct⁹ quē mittet pater i nomine meo ille ws docebit omnia. Jo. xiiij

¶ Circa missionem spiritus sancti in animas fidelium in verbis istis xp̄s tria innuit ⁊ ostendit.

¶ Primo ipsius spiritus sancti missi virtutem. ibi. paraclit⁹ spiritus sanctus. id est cōsolator q̄ animā quā visitat modo ineffabili consolatur.

¶ Secūdo ipsū spm̄ sāctum mittentiuz auctoritatē. ibi. quē mittet pater in nomine meo. Cum em̄ ab vtroq; procedat ab vtroq; mitti dicitur. filius eni cum ꝓducat ⁊ producatur. ideo mittit

spiritū sanctū ⁊ spūs sanctꝰ mittit · qz p̄duāt eternaliter · ꝯ non p̄oduāt · ido ipsi? ꝑriū est mittia nō mittere

¶ Terāo doctrine ipsius spūs sācti integritatē · ibi · docebit vos oīa scz ad salutē eternā necessaria · ⁊ talia etiaz dixit ⁊ docuit crīstus · Ex quo patet q̄ doctrina spiritus sācti eatē est que est crīsti cuius spūs scz est ⁊ a quo p̄cedit Vñ apl's Qui nō habet spiritū xpi hic nō est eius · Require de spū scō li · primo · ca · viij · qō īmpit spūs scūs De eotē

OS autem sedete in ciuitate quousqz induami vtute ex alto · Luc · vlti · Quia spūs scūs nō ingredit nisi munda rēcepta cula · nec habitat i corpe subdito peccatis · ideo xpūs missurus spiritū sāctū apl'is · prīo eos in verbis predictis istruit vt ad rēcipiendū euz digne se primū preparēt ⁊ disponāt · sicut forma ñ introducatur nisi primū disponatur materia · ⁊ ad hoc tria fiāt ·

¶ Prīo ei vt a tumultū ⁊ strepitu huius seculi se relegātes corde in deo quiescāt · ibi · vos āt sedete

¶ Secūdo hortat vt vires superiores ⁊ inferiores cōcordiaz ad inuicē habeāt · ibi in ciuitate · id ē in caritate · quia ciuitas dicit ꝗsi ciuiū vnitas · Tūc autē in caritate dei · id ē in aia scz ꝗ est vrbs fidelis ⁊ ciuitas sācti id ē xpi est ē vnitas qñ vires inferiores scilz visus ac alij quatuor sensus virtibus superioribo scz voluntati ⁊ rationi obediūt · ⁊ secūdū rationis regulā se exercent ·

¶ Terāo ostendit q̄ taliter se habētes spiritū sācti in proximo sperare debeant · ibi · quoadusqz induamini vtute ex alto · id est spū ex alto · Re · de spū scō li · p̄mo ca · ix ·

¶ Dnica trinitatis ·

GRatia dni nostri ihesu xpi ⁊ caritas dei · ⁊ cōmunicatio sancti spūs sit cum oibo vobis amen · ij · Corinth̄ · xiij · Beatus apl'us in verbis p̄missis tres psonas i vna essentia deitatis tāgēs psonas singulas p̄ appropriata eis cōuenientia clare exprimit et distinguit ·

¶ Prīo enī psonā filij exprimit p̄ grē ipsius ostētionē · ibi · grā dni nrī ihesu xpi · qz sola sua grā saluos nos fecit Juxta illd̄ tbi · Apparuit grā saluatoris nrī omibus hominibus ·

¶ Secundo psonā prīs ostēdit p̄ mīmie caritatis ipsius exhibicōnē · ibi · ⁊ caritas dei scz prīs qui secundū apostolū ꝓpter mīmiam caritatē suā qua dilexit nos filiū suum misit visibiliter car · ⁊c · vt oēs saluos faceret · Jo · Sic deus dilexit mundum vt filiuz suuz vnigenitū da · ⁊c · Itē apostol? · Proprio filio suo nō pepēt deꝰ

¶ Terāo psonā spūs sci innuit per membroruz cordis xpi cōpaginationem ⁊ viuificationē · ibi · Et cōmunicatio spūs sci qua scilicet cōmunicamus nobis inuicez

tanq̃z vnius corpis mẽbra q̃ mu
tuo sibi ꝯmunicãt ꝓprias actiões
q hec ꝯmunicatio a spũ scõ est.
qui fideliũ mentes vnit effĩcit v
luntatis. vt sez oẽs eadem wlũ
tate habere velint vnũ dñm. vnã
fidẽ. vnũ baptisma. Re. de trini
tate libro prio ca. x. ¶ De eodẽ

VEnit hora vt ois qui interfi
cit vs arbitret se obsequiũ
prestare deo. Joh̃. xvi. ¶ In
hijs verbis ipse xp̃s tres psonas
in vna deitate exprimẽs ꝓbat q
oñdit q mali quos eorũ malicia
excecauit nullã harũ psonaꝝ no
uerũt. nec bñt. nec diligũt.

¶ Prio enĩ oñdit eos a bonita
te spũs sancti alienos p opinionis
eorũ puerse crudelitatẽ. ibi. veit
hora vt omnis qui interficit vs se
arbitrabit obsequiũ prestare do
Si enĩ benignũ spiritũ haberent
tã crudelẽ opinionez de bonis ho
minibus nõ haberẽt. Sed quia
benignus est spiritus sapiẽtie et
ipsi maledicti. ideo ñ liberat eos
tanq̃m maledictos a labijs suis
que ex opinione puersa aperiũt
frequenter ꝺtra bonos detrahẽdo
eis ex opinione sinistra q̃ replẽt

¶ Secũdo ꝓbant eos a pris po
tentia eẽ extraneos p male presũ
ptionis eorũ fatuitatẽ. ibi. q hec
facient vob. quia nõ nouerũt pa
trẽ neq; me. Si enĩ patris poten
tiã cognoscerẽt nequaq̃m talia
ppetrare presumerent.

¶ Tercio ab ipsius filij sapiẽtia
insinuat eos nudos p ignorantis
eorũ cecitatẽ. ibi. neq; me. scili
cet qui sum sapientia pris in quo
oẽs thesauri sapientie q scientie
sunt abscõditi. Re. de trinitate
libro prio. ca. xi.

¶ Dominica prima p octauã

QEus caritas est q qui manz
in caritate in do manet q de
us in eo. p. Joh̃. iiij. ¶ In hijs
verbis beatus iohãnes dupliceꝫ
caritatẽ innuẽs. scilicet creatam
q increatã duo facit.

¶ Primo enĩ caritatẽ increatam
qui deus est ostẽdit vt eã super
omnia diligamus. ibi. deus cari
tas est. pater enĩ q filius diligũt
se amore ab eis procedente qui ñ
est pater nec filius ȝ spiritus san
ctus. Vnde aug⁹. Est ineffabi
lis quidã cõplexus in illa trinita
te non genitus ȝ genitoris geni
tiq; suauitas.

¶ Secũdo caritatẽ creatã ꝓpit
vt eã in nobis iugiter habeam⁹.
ibi. q qui manet in caritate in de
o manet q deus in eo. Sicut enĩ
spiritus sanctus caritas est q di
cit essentialit in quãtũ ipse cũ pa
tre q filio vnus est de⁹. ipsi enim
tres in quantũ sũt vnũ in essentia
diligũt se amore essẽtiali qui ap
ꝓriat spiritui sancto. Ista tamẽ
caritas qua nos deũ q pximũ di
liginus non quidem est essentia
liter ipse spiritus sanct⁹. ȝ tamẽ
a spiritu sancto est effĩciẽter. q
spiritus sanctus opatur i nobis
habitum et motum caritatis. et
sic intelligendũ est hic q deus ẽ

caritas essentialiē sez ꝙ qui manz in caritate sez virtute ꝙ habitu caritatis q̄ a deo nobis infundit talis in deo manet · quia caritas vnit nos deo · ꝙ vnū sp̄m nos efficit in eo · Re · de ca · li · ij · ca · iij ·

Fili recordare De eodem quia recepisti bona in vita tua · ꝙ lazarus similit mala ꝛc · Lu · xvi · ¶ In verbis ꝓpositis ostendit ipsa veritas reprobor̄ p̄ncipiū · mediū · ꝙ finē ·

¶ Primo innuit eor̄ principiū fuisse optimū si voluissēt · ibi · Fili · fuerūt enī regenerati p baptismū · ꝙ p̄ conseq̄ens tunc filii vocati ad vitā ꝙ ad epulas sempiternas · sz vocati ad cōuiuiū ꝙ regis eterni nuptias venire noluerūt · sz aut vxorē ducēdo · aut iuga quinq; bouz p̄bādo. aut emptā villā videndo · id ē p luxuriā vel auaritiā aut superbiā se filios diaboli effecerūt ·

¶ Secundo ostendit · eoruz medium extitisse bonuz si eo abusi nō fuissent · ibi · recordaē q; recepisti bona · in vi · tua · bona enī ꝓpti nō ē malū · sz frui eis maluz est · q; secundū augustinū · totū malū bonis ē vti fruēdis ꝙ frui vtēdis ·

¶ Tercio ꝓbat eor̄ finē esse pessimuz · ꝙ p eū merito abhorruissent · ibi · Nūc autē hic cōsolat · tu vero cru · ꝙ ideo mors pecc̄ōrū pessima · q; sicut oues ponentur in inferno · ꝙ mors depascet eos Vñ merito ꝓpter talē sētētiā qui voluptatē peccati sequunt pecm debēt abhorrere · Require de diuersitate penarum inferni · li · vij ca · xxi · ¶ Dominica secunda

Omis qui odit fratrem suū homicida est · p̄ · Joh · iij · Circa pericula frm odij btūs io hānes in verbis ꝓpositis tria facit

¶ Primo enīz ostendit q; generaliter omni homini a deo odium inhibetur · ibi · Omis · id ē nec p̄lato nec subdito nec pari licet proximum odire · sed vica tātū vt secūdū Gre · in vno eodemq; homine ꝙ psequamur mala q̄ fz cit · ꝙ diligamus bonum quod factus est ·

¶ Secūdo q; fraternuz odiū ab omni alio odio separaret · ibi · fratrem suuz · quasi diceret · licet detestabile sit odire quencunq; hominē etiā paganū · hereticum. vel iudeum · tñ spiritualiter deo displicet odire fratrē · id ē cōcbristianū · vel eiusdez ordinis qui simul p eandem viā pegrinatiois ad hereditatē eternā currūt ·

¶ Tercio innuit periculuz quod homo ex odio meret · ibi · homicida est · Qd autē sit piculū homicide subdit qñ dicit · Omis homicida nō habet vitā eternā i se manentē · Require de odio vel inuidia. li · iij · ca · xvi · ¶ De eodē ·

Homo quidā fecit cenaz magnā ꝙ vocauit multos · Lu · xiiij · ¶ In verbis predictis ꝛca vocationē ad cenā eternā xps hāc parabolā retans tria facit

¶ Primo ei ostendit se q̄ vocat

esse incomprehensibilez a oibus ignotū · ibi · quidā homo · quasi diceret · Sicut is cui? nomē fuit ē absc̄ditus a ignot? · sic a me qui? vco nullus pfecte nouit · iuxta illd iob · Nemo nouit filiū nisi pater · neq; p̄m q̄s nouit nisi filius · Isa · Vere tu es deus absc̄ditus ·

¶ Secūdo innuit cenā esse d̄siderabilē a exhibere se quēlibet ad eam deuotū · ibi · fecit cenā mḡnā

¶ Tercio tollit vocationez dubitabilē · nec sperare ei? effectū nisi a peccato totum · ibi · a vocauit multos · q̄si diceret · Nō quidem oēs ad istā cenā ptinēt · sz multi · sz qui sint illi multi incertū ē · Juxta illd · Qui p vobis a pro multis effundet in remissionē peccā · Sāguis em̄ xpi sufficienter pro oibz effusus ē · sz efficaciter pro q̄busdā · q; effectū in oibz nō habet ex eo q; ad hoc nō fuit dispositi · Cena āt ista ad quā nos vocat dō quidā · id ē xp̄s filius dei? vere de? a dō · quē null? hominū pfecte nouit ē gloria sanctorū · De qua require li · vij · ca · xxij ·

¶ Dominica tercia ·

Humiliamini sub potēti manu dei vt vos exaltet in tpe visitatiois p̄ · pe · v · ¶ Beatus petr? dño vniuersoruz nos p humilitatē subijcā suadens in verbis p̄positis tria facit ·

¶ Primo em̄ ostēdit ꝺditionez humilitati? ꝺo acceptabilē · ibi · Humiliamini · q; humilitas vera est voluntaria animi inclinatiō · q̄ āt ab alijs humiliāt humiles ꝓprie nō vocant · sz potius humiliati sez ab alijs ·

¶ Secūdo ostēdit humilitatis eiusdem causā formidabilē · ibi · sub potenti manu ꝺi · qui em̄ hic sponte cor̄ deo se nō humiliat in futuro ab eo humiliabit violēt · Juxta illud Isaie · Viuo ego dicit dns · quia mihi curuabit? omne genu a confitebit? oi? lingua scilicet in die iudicij ·

¶ Tercio declarat humilitati? spōtanee meritez desiderabilē · ibi · vt vos exaltet in tpe visitatiois Juxta illud · Qui se humiliat exaltabit? · Quia āt stulti ideo superbiūt quia deū nō cognoscūt secū dū illud ps̄ · Dixit insipiens in ē superbus in corde suo nō est de? · ideo ad cognoscendū q; deus sit ē talibus elaborandū · Re · de natura diuinitatis · li · p̄ · ca · p̄ · deū esse nē ·

¶ De eodem ·

Erāt appropinquāte? ad ihesū publicani a pcōres vt audirēt illū · Luce · xv · ¶ In verbis premissis btus lucas euangelista exprimit tres ptes peritētie integr̄ · scz cōtritionē · confessionez · et satisfactionē ·

¶ Primo enim innuit recessum · seu auersionez a bono commutabili · a accessum seu conuersionē ad bonum incōmutabile · ibi · accesserūt ad ihesū · sicut em̄ recesserūt ab eo p dilectiōnē · ita accesserūt

ad eū p cōtritionē pecati· quia omnis res p quascūq; causas nascitur· per eadem ꝛ dissoluitur· Vnde sicut pecatum per consensum nascitur· sic per dissensuz q̄ fit in contricōne dissoluitur·

¶ Secūdo ostendit q̄ per oris confessionem pecatuz prius plactuz recognoscitur detestabile· ibi· publicani ꝛ pecatores ac· quia nullum nomen maiorem includit infamiam q̄m nomē pecatoris· cū deus omnia diligat p̄ pecatū quod solum odit·

¶ Tercio insinuat q̄ opus satisfactoriuz priuꝰ amarum factum est optabile· ibi· vt audirēt· scilicet tanq̄m parati ad satisfaciendum· ꝛ mandata salubrrima suscipiendum· Require de p̄tibuꝰ penitentie· li· vi· ca· xxi·

¶ Dominica quarta·

Ipsi primitias spiritꝰ habētes et ipsi intra nos gemimus adoptionē filiorū dei expectantes Ro· viij· ¶ Circa conditionem electoruz adhuc in corruptibili corpore degentium beatꝰ apl'us tria facit·

¶ Primo enī describit eos tāq̄z spiritus sācti grā prevenientes redundātes· ibi· nos ipsi primitias spiritus habentes· id ē primū· vel p̄ alios spūsancto abūdātes· cuiꝰ primitie sūt caritas dei ꝛ proxi· Juxta illud· Caritas dei diffusa est in cordibus vrīs ac·

¶ Secundo dignat ipsos tāq̄z peregrinos huius seculi eiulantes· ibi· ꝛ ipsi intra nos gemim? q̄muis scilicet spiritum sanctum habeamus

¶ Tercō ostendit eos spe felicē hereditatem celestez ꝛ immortalitatem corpis expectātes· ibi· adoptionē filiorū expectantes· Requiē de dotibus corporis· li· viij· ca· xxvi·

¶ De eodem.

Estote misericordes sicut et pater vester misericors est Luce· vij· Misericordiarū prīs filius cui semper propriū est misereri· filios suos i misericordie virtute sibi assimilari volens árta in formacōnem misericordie i vbis positis tria facit

¶ Primo enim inuit q̄ in corde sit immobiliter retinenda Juxta illud Eccī· Misericordia ꝛ veritas nō te deserāt· Et Job· Miseracō creuit mecū ab infantia· ibi· Estote· quod est verbū substātiuum signans q̄ misericordia sēper in mente subsistere debeat

¶ Secundo intēdit docere q̄ ad indigentiam proximi et eius afflictionem sit extendenda· ibi· misericordes· id est miseriaz cordis árta indigentiam ꝛ afflictōnez proximi tenētes Juxta illud Quis infirmatur ac·

¶ Tercio ostendit q̄ hec virtꝰ exemplo ipsius dei sit amplectēda· ibi· sicut et patꝰ vester misericors est· Et qz dei mia debet eē exemplum misericordie hominiꝰ

v·

Re. de misericordia dei li. p. ca. xxiiij. ¶ Dominica quinta.

Omnes vnanimes in oratione estote cõpatientes. fraternitatis amatores. misericordes. modesti humiles. p. De. iij ¶ Beatus petr? ver? pastor ouiũ iesu xpi volẽs sibi cõmissis ouibo eterne vite pascua adipisci i verbis istis alimenta ipsis ministrat. p que ad viriditatis padisi dulcia pascua mereãt introduci. ꝓpoit autẽ eis sex exquisita fercula p que homo interior pascit in pñti et in eternorũ cõuiuiũ disponit.

¶ Primũ est orationis instãtia Ibi. Omnes vnanimes in orõne estote.

¶ Secundũ malorũ pximi discplicentia. ibi. cõpatientes.

¶ Terciũ ois hom proximi sincera cõplacẽtia. ibi. fraternitatis amatores.

¶ Quartuz aliene miserie solorosa sufferẽtia Ibi. misericordes

¶ Quintũ ꝓprij hom secũdũ rationẽ abstimentia. ibi. modesti.

¶ Sextũ ab appetitu elationis ac supbie wlũtaria otinentia. ibi humiles. Quia autez explicatio omniũ ꝓdictorũ ac prolixitas fastidiũ generaret. ideo omissis aliis de modestia seu tẽperãtia specialiter ꝓcedamus. Re. de tẽperãtia li. v. ca. xxxiij. ¶ De eodẽ

Exi a me. quia homo peccator sum. Lu. v. In verbis ꝓpositis beatus petr? tipũ gerẽs penitẽtiũ oditionẽ quadruplicẽ a peccato recedentiũ exprimit. ac ostendit.

¶ Primo sue vilitatis ac indignitatis agnitionẽ. ibi Exi a me. q̃ si diceret. adeo vilis fiã ac indign? effectus p peccatuz. vt tua corpali pñtia sim indign?

¶ Secundo sue naturalis dignitatis p peccatũ amisse recognitionẽ. ibi. quia hõ. sez ad similitudinẽ ac imaginẽ dei fact?.

¶ Terćio amisse diuine similitudinis explicationẽ. ibi. peccator q̃si diceret. similitudie vtutũ quib? deo assimilabar p pccm pua tus fiã.

¶ Quarto diuine maiestatis wlũtariã subiectionẽ. ibi. dñe. q̃ si diceret. licet tiõrẽ tuũ in pcõ p iecerim ne dñm recognoscerẽ pcã sertũ me faciendo. tñ p penitẽtie subiectionẽ te dñm recognosco. Et qz peccatũ tot picula efficit. ideo super oia ẽ cauendũ. Re. de malo ac pcõ. li. iij. ca. vij.

¶ Dominica sexta

Estimate vos mortuos q̃dẽ esse pcõ. viuẽtes aũt deo. Ro. vi. Circa nouitatẽ vite q̃ẽ resurrectõ btus apls pcã mortẽ primo ostendit ac vitã subsequẽtẽ q̃ ẽ a pcõ r̃surrectõ appbans tria facit.

¶ Primo enim ostẽdit qd in resurrectione a peccato que fit in vera penitentia penitens ab actu peccati firmum ꝓpositum habere debeat abstinẽdi. ibi. Estimate vos ac firmate vos i tali ꝓposito.

¶ Secūdo q̄ in affectu mentis nulla volūtas remaneat pecatū de cetero cōmittendi · ibi · mortuos quidē esse pecō.

¶ Tercio q̄ deinceps intentioēz studiū habeat vite anime adherendi · ibi · viuentes autez deo. Quia āt pecatū a do qui est vita aie sepat a aiam reddit mortuā spūaliter · ideo pecatū vt caueatur solliāte est a xpi fidelibo agnoscendū · quia nō vitat malum nisi cognitum. Requiē de pecato li · iij · ca · iij · et q̄rto.

¶ De eodem.

Nisi abūdauerit iustiā vestra plꝰq̄m scribarū a phariseorū nō intrabitis in r̄gnū celorū · Matꝫ · xij · Xp̄s rex iustiāe distinguēs legē scripture a lege gr̄ē in vbis p̄habitis tria facit.

¶ Primo enī ondit iustiāaz noue legis iustiāe legis veteris esse debere p̄clarioē · ibi · nisi abūdauerit iustiāa vr̄ā.

¶ Secūdo hoc probat p statuz ipsius legis veteris eminētiorez · ibi · plus q̄z scribarū a phariseorū · quasi diceret · Si iustiāa scribarū a pharisеorū qui in eminentiori statu legis ēnsebant imperfecta fuit a defectuosa · quanto magis iustiāa inferiorū qui virtutē iustiāe nō nouerūt.

¶ Tercio demōstrat filijs noue legis viā vite apprehendere artior̄ · ibi · nō intrabitis in regnū celorū · quasi diceret · p illā laxā a latā viaz iustiāe veteris legis non intrabitis in regnū celorū · ꝫ p viam artam iustiāe noue legis · Juxta illd · arta est via que dūcit ad vitā · Re · de iustiāa dei libro prīo ca · xxxiij ·

¶ Dominica septima.

Cum enī serui essetis pcī liberi fuistis iustiāe · Ro · vi In verbis prefatis apl̄us pcī effectū enunciās quinq; facit ·

¶ Prīo enī ostēdit q̄ pecatuz transfert hominē a statu libertatis in subiectionez misere seruitutis · ibi · cuz enī serui essetis pcī · quasi diceret · ois qui facit pecatū seruus est pcī.

¶ Secundo innuit q̄ omis pecans expers est iustiāe · ibi · a iustiāa aliena fuistis · quia quicūq; re aliqua caret talꝰ est liber ab illa re · quia ea nō occupat · vnde a pecātes a iustiāa sunt liberi quia pculeā a se reiecerunt ·

¶ Tercio declarat q̄ semen pcī nullū fructū generat eterne salutis · ibi · quē ergo fructuz hēbūt tūc in illis · q̄si d · nullū fructuz ad gr̄ē vitā p̄futurū · ꝫ spinas a tribulos azizania q̄ apta sūt ad ꝯburēdū in igne inextinguibili

¶ Quarto docet q̄ pcōr in actu pcī se similē effiat animalibo brutis · ibi · in quibo nūc erubescitis quasi diceret · id est in actu pcī existētes nō erubuistis · ꝫ nūc a pcō liberati p pniaz erubescetis

¶ Quinto demonstrat q̄ remunerationis pecati cogitatio frequens valet carne indutis · ibi ·

nam finis illorū mōris est · quasi dicēret · istū finē pcā cogitaē ad huc in carne viuentibo expedit · ꝯ mortuus michil pzobest · Cum ergo pcatū tot picula annexa habeat · ideo iugiter est cauendū Re · li · iij · ca · vi · ¶ De eodē ·

Miserēr sup turbam · quia ecce iā triduo sustinent me nec hnt qd māducēt Marc · viij

In hijs verbis misericors ⁊ miserator dns ostendens qui digni sunt oculo mie e? respiá tria fáat ·

¶ Primo eī innuit q e? miseri cordia pauperibo ⁊ humilibo debet · ibi misereor sup turbam · Turba eī est aggregatio pauperū humiliū ⁊ abiectarū perso narū ⁊ tales dns respiát oculo misericordie · Juxta illd ysa · lxvi Ad quē autē respiáā nisi ad pauperculum ⁊ cōtritū spū ⁊ trementē

¶ Secūdo declarat q talē despect? ⁊ humilis de se nō presumēs vtutē spei meret · ibi · quia ecce iam triduo sustinēt me · id ē sperant a me verā gratiā ⁊ gloriaz · hoc eī triduū ꝓprie est spei ·

¶ Terāo exprimitur effectus misericordie ipsi? di · ibi · nec habent qd manducēt · quasi dicēret Quia me sustinent in me sperando famem id est desideriū bonum eorū perpendēs · ideo ábabo eos gratia in presenti ⁊ gloria in futuro · Re · de · spe · li · v · ca · xxi ·

Dnica octaua ·

Si enī secundū carnē vixeritis moriemini si autez spū facta carnis mortificaueritis viuetis Ad roma · viij

